

Quae Cultura ſtyli, et morum, rerumque vices quae.
Haec tria diſcipulis inſere quisque tuis.

47

TERENTIVS
ETHICO-HISTORICVS.
SIVE
FLORES LATINITATIS,
IN AGRO TERENTIANO COLLECTI,
ET CVM MORVM PRAECEPTIONIBVS,
TVM MOMENTIS,
HISTORIAM VNIVERSALEM ANTIQVAM,
AB ORBE CONDITO,
AD
CONSTANTINI M. TEMPORA
PRODVCTAM,
EXHIBENTIBVS, ILLVSTRATI.

IN VSVM TENERIORIS IVVENTVTIS
BONA FIDE SPARSIT,

IOHANNES BLASIVS.

PARS PRIOR.

Hugo Grotius
in florum ſparſionem ad Ius Iuſtin.
— det ditior alter ariſtas
Pomaque: nos *flores*, munera parua, damus.

Francofurti et Lipſiae,
Apud IOHANNEM PAVLLVM KRAVS,
BIBLIOPOLAM. 1750.

Iacobus Maſſenius, S. I.
Palaeſtr. Stili Rom. L. I. C. 7. §. p. 81.

In Epiſtolis quoque et dialogis esſet, quem ſuaderem, *Terentius, quo nemo purius exquiſitiusque locutus eſt*, niſi innocentiae adoleſcentum magis, quam eloquentiae fauerem. Vtinam esſet, qui his ſordibus expurgatum, ſciteque *ad res honeſtiores inflexum, publici iuris vſusque in Scholis faceret*; operam certe Muſis et gratiis dignam, collocaret.



LECTORI BENEVOLO.

SALVTEM !



Sparſimus, quod Dei eſt beneficium, *flores latinitatis in agro TERENTIANO collectos*, idque in vſum iuuentutis ſcholaſticae. Nemo, ſiue nouitate tituli, ſiue noſtro hoc inſtituto, offendatur. Prius il-

IV

lud a Magno GROTIO primum, tum vero ab AVGVSTINO LEYSERO (a) ICto, mutuati ſumus: poſterius hoc ſuis certe rationibus non deſtituitur. Et plures in promtu ſunt, quam id pagina pati posſit, et quas ſigillatim nec iuuat admodum, nec opus eſt recognoſcere. Familiam potisſimum hae ducunt. *Primum* enim TERENTIANAM dictionem, vt cultam ſatis ac elegantem, tenerioribus item ingeniis poliendis, et ad maiora praeparandis, aptam non minus, quam vtilem, ſtudioſae iuuentuti commendare voluimus, hoc magis, quod probe ſciamus, noſtroque edocti fuerimus experimento, ingentes has latinitatis TERENTIANAE diuitias, vel vili pendi, vel negligi prorſus; ac id quidem ideo, quod vel interruptae auctoris ſententiae, haeſitansque nonnunquam oratio, palato faſtidium parere videantur, vel non is TERENTIO, ob metrum, obſeruatus

(a) diſp. ſaecul. Reſp. Gallo Maximil. L. B. à Racknitz. Viteb. 1730.

tus fuerit numerus, qualem, dicendi quidem genus, ad mensuram periodi oratoriam exactum, deposcit. At, quid opus est his verborum flexibus, ad numerum, plus quam mathematicum exquisitis, aetatulae, cui non ea illico, quae ad splendorem stili pertinent, sed quae nudam, nec infucatam, elegantem tamen faciunt latinitatem, inculcanda sunt? Quod sane encomii genus TERENTIO, vt ex veteribus CICERO, (*b*) ita ex recentioribus, praeter laudatum MASSENIVM, eumque instituti nostri auctorem, ERASMVS, (*c*), MELANCH- THON,

(*b*) ad Atticum: secutus sum TERENTIVM, cuius fabellae propter elegantiam putabantur à C. Laelio scribi. Et in Laelio C. 24. TERENTIANO, inquit, verbo lubenter vtimur. Conf. VEL. PATERCVL. Hist. L. 1. c. 17. vbi, dulces, inquit, latini leporis, facetiae per TERENTIVM nituerunt.

(*c*) Epist. ad Boneros fratres: non ex alio scriptore melius discitur Romani sermonis puritas, nec est alius lectu iucundior aut puerorum ingeniis accommodatior.

THON, (*d*) VOSSIVS, (*e*) ac nuper admodum IOH. GOTTL. HEINECCIVS, (*f*)et DOMINICVS DE COLONIA,(*g*) optimo ſatis iure, vindicarunt. Sed, ſtagnare non raro videas hos dictionis TERENTIANAE latices, nonnunquam etiam archaiſmorum limo impraegnari. Ita eſt: illud enim ſtilus fert comicus, ac rerum, per interualla, perſonarumque varietatem, repraeſentatio; hoc, aetas TERENTII tulit, aurea licet, nec tamen ad ſui euecta faſtigium. Huic nos difficultati, hoc quidem modo obuiam iuimus, vt, ſicuti in poſitionibus moralibus, adiecimus ea, quae ad ſenſum auctoris capiendum pertinebant, ita in imitationibus, rotunditati periodicae, pro modulo, fidelem nauauerimus operam. Vbique vero, quod obſoletum prorſus videbatur, ſolicite cauimus, ne faci-

(*d*) Prolog. in Andr.
(*e*) de Philolog. C. 7. §. 2.
(*f*) Fundam. Stil. p. 158. et p. 273.
(*g*) de arte Rhetor. p. 150.

facile nobis quoque ſubreperet. Quis iam dubitauerit asſeuerare, melius longe his TERENTII fontibus conſuli iis, qui grammaticis imbuuntur ſtudiis, quam ſi latinitatis riuulos, ex colloquiorum, officinarum, ianuarum, orbisque picti farragine imbibere iubeantur.

Alterum, quo huc fuimus exciti, illud omnino eſt, quod experiri nobis licuerit, iuuentutem plerumque in verborum tantum detineri corticibus, et raro ad ea, quae vitam faciunt *exemplis* illuſtriorem, aut emendatiorem *praeceptis*, (*b*) manuduci. Quod vtrumque vero, non exiguo nobis fuit auctoramento, partim ad eruendas ex TERENTIO, homine alioquin pagano, vitae Chriſtianae regulas, certis definitas hypomnematibus, partim ad ſubnectenda

(*b*) Precatur hic ſane contra id, quod *Plinius* L. III. Ep. 3. monet; *proinde fauentibus Diis trade filium praeceptori, à quo mores primum, mox eloquentiam diſcat. quae male ſine moribus diſcitur.*

vbiuis momenta hiſtorica: qua quidem re, et necesſitati et vtilitati, quin iucunditati quoque pubis ſcholaſticae opitulari voluimus. Neque tamen diffitemur, nos vbique non tam doctrina, quam ſola prope TERENTII lingua vſos fuiſse. Si qua detur in latina phraſi obſcuritas, verſio germanica, quod ad intelligendum ſatis eſt, dabit. Neque tamen haec ita ſemper comparata eſt, vt ῥητῶς id exprimat, quod latina habet poſitio. Erat heic omnino aliquid Praeceptorum iudicio relinquendum. Sed neque deſunt rationes, cur docentes ſimul imitationis hinc πράξιν, non tam diſcere, quam è diuerſis eam erui poſſe lacunis, fateri posſint, debeantque. Quemadmodum etiam ea, quae ex hoc inſtituto noſtro peti poteſt vtilitas, huc redit, vt docentes, non in his, quae exempli tantum cauſſa dedimus, conquieſcant, ſed nouas imitationes priuatim elucubrant, easque ex vernaculo in latinum, ad ductum phraſium Terentianarum vertendas iuuentuti proponant. In cauſſam vero, cur Hiſtoriae ſeries, ad noſtra vs-

que

que tempora, protenſa non fuerit, inquiras. At, tene, velim, TERENTIVM facile defecturum fuisſe, ſi altiori nos dare Oceano ſuſtinuisſemus. Forte reſumet alter telam hanc pertexendam, cui per ingenii vires, librorum item adparatum, et quod caput rei eſt, per ſtatum Eccleſiae florentiorem, opportunius liberiusue in Hiſtoria *media* et *noua*, Eccleſiaſtica cumprimis, verſari licuerit. Nobis, quantum per publicos labores Eccleſiaſtico-Scholaſticos licuit, *antiquam*, ad CHRISTOPH. CELLARII ductum, hoc eſt, ab orbe condito, ad tempora Conſtantini M. dedisſe, ac id ſummatim duntaxat, obſeruato tamen curatisſime SETHI CALVISII calculo, ſuffecerit. Sed nec in eo nos operam luſisſe arbitramur, quod Hiſtoriarum fontes, vnde hauriri poterant cuncta, bona fide, et quantum ſiue bibliothecae priuatae beneficio, ſiue per Fautorum Amicorumque in commodandis documentis pronitatem, fieri poterat, vbique adiecerimus. Quorſum

verò

verò cum exemplo Celeberrimi GOTTLOB KRANZII, Praeceptoris noſtri, poſt fata etiam deuenerandi, tum graui CHRISTOPH. CELLARII querela, adducti ſumus: quorum alter compendium Hiſtoriae Ciuilis, exquiſitisſimis collocupletauit fontibus; alter in prooemio Hiſtoriae Vniuerſalis, aegre fert omnino, haud facile quemquam id laboris et moleſtiae in ſe ſuſcipere, vt ex fontibus velit, quae tradenda ſunt, haurire, ſed in qualicunque narratione, etiam ſemiplena, adquieſcat. Caeterum, illud ſimul monendus es, Lector, non eandem nobis fuisſe rationem euulgandi TERENTII Ethico-Hiſtorici, qua ſuum quondam TERENTIVM Chriſtianum, CORNELIVS SCHONAEVS edidit. Hic, ſi id exceperis, quod ad Hiſtoriam Sacram Dramata TERENTIANA inflectat, conſummatum certe ἔκτυπον ſuas nas lucubrationes esſe voluit, et ad exemplar TERENTII adeo expresſum, vt cum puritate TERENTIANA, venuſtatem

quoque

quoque, vt comicisque plerisque, ita TERENTIO inprimis peculiarem, videatur asſequutus. Taceo, metri TERENTIANI rationem a SCHONAEO habitam inprimis fuiſſe, ne quid intermiſſum facile, neglectamque cenſeri posſit, quod ad exprimendum auctoris characterem pertinere videbatur. Nos contra, TERENTIVM damus, quatenus is purus tantum, ac elegans, et ad mores in melius formandos pasſim idoneus eſt: ita quidem vt TERENTIANVM omnino ſit, quod a nobis profertur, (r) non autem ipſe loqui exiſtimetur TERENTIVS. Quis enim huc facile induci potuerit, vt credat, Hiſtoriam, quod nos fecimus, ſtilo TERENTIANO, vt in toto ſumitur complemento, commode ſcribi posſe. Recedendum hic omni-

(*i*) Si quis, lecturus haec, Terentium, metro ſolutum, legere ſe credat, (quod *Plinius* de Epiſtolis EVRICII CLARI *L.1.ep.16.* iudicat) *ſuo ille, noſtra quidem pace, ſenſu abundare poteſt.*

omnino fuit a ſuperſtitioſa auctoris imitatione, non disſimulatis tamen ſemper iis, quae a Comico noſtro prolata, palatum, delicatiorem etiam, adficere poterant. Tu, Lector beneuole, conatum, quem haud certe paucioribus praecipitauimus clepſydris, vt ab omni remotum fuco, ita, ad iuuentutis commoda directum vnice, aequi conſule, valeque in Domino! Dab. Cremniczii.





TERENTII
Ethico-Historici,
PARS PRIOR,
tres Auctoris Comoedias priores complexa,

atque Thematibus Moralibus LXXI. & momentis Historicis, ad Annum O. C. 3700. perductis, illustrata.

PUBLII TERENTII ANDRIA.
Prologus:
Instituti rationem exhibet.

1. Heus, puer, animum ad *pure dicendum* adpelle: Herzu Knabe, schicke dich zum reinen Mund-Latein.
2. Nemo id vitio dabit; nec in eo disputaturus est: Dieses soll dir niemand verargen, noch einen Streit hierüber anfangen.
3. Quod id Tibi negotii dari credas: So du es für deine Verrichtung ansehest.

4. Vt loquare stilo haud contaminato: Auf eine reine und saubere Art zu reden.

5. Spectanda certe magis semper est in puero, quam exigenda (a) latinitas: Es soll das reine Latein an dem Knaben immer eher gerühmet, als getadelt werden.

6. Nec facile fuerit quisquam, qui obscuram hanc diligentiam vocauerit: Es wird auch schwerlich jemand solchen Fleiß für grüblerisch halten.

7. Sed, ne operam abutaris, (b) huc simul animum aduerte: Damit du aber nicht vergeblich arbeitest, so richte deinen Sinn dahin.

8. Vt, si boni fauere, aequoque tibi adesse velint animo: Daß, woferne solches ein jeder rechtschaffener Mann gut heissen, auch dir hierinn beyräthig seyn soll.

9. Quid in *moribus* simul tuis spei sit reliquum, faxis, pernoscant: Sie dabey urtheilen mögen, was von deiner Aufführung und Sittlichkeit zu hoffen sey.

10. Posthac, *momenta Historica* facient, vt intelligendo rerum personarumque vices, te ipsum melius intelligas: Sodann wird die historische Abhandlung dich zu deiner Selbst-Erkäntniß zuführen.

Imitatio I. exempli caussa, in vernaculum versa.

Es wird niemand einen Streit darüber anfangen, (a) daß die, so ihren Sinn zur Erforschung de-

rer

(a) Exigere fabulas, i. e. repudiare, non admittere. Vid. THOM. FARNABIVS not. in h. l. Conf. Hecyr. Ter. in prologo. (b) Archaismum hunc, ab ipso etiam IOH. GOTTL. HEINECCIO, fund. stil. P. I. C. 2. p. 69. notatum, retinuimus hoc magis, quod non modo Comicorum reliquorum, sed et ipsius CATONIS auctoritate, apud GELLIVM L. XIII. C. 22. defenditur.

der allerersten Geschichten gerichtet, (7) den Anfang von Mose Schrifften machen müssen. Eine grübkerische Bemühung ist es, (6) da man Leute, die noch vor Adam sollen gelebet haben, erdichtet. Denn das Ungeheuer solcher Meynung machet, daß man durch dieses Wissen, dennoch zu keiner Erkäntniß kommen könne. (10) Es wird uns auch niemand verargen, (2) wenn wir es dafür halten, wie es auch in denen Gedichten Ouidii, von Saturni goldener Zeit, nichts solches gefunden werde, (9) darauf wir nicht vergeblich einige Mühe anwenden dürften. (7) Ist also kein Geschicht-Schreiber älter noch richtiger und glaubwürdiger, als Mose selbst. Es soll an diesem Manne die Treue und Redlichkeit wohl gerühmet werden; (5) da hingegen an denen übrigen das Stillschweigen billig getadelt wird. (5) Du solt es indessen, mein Leser, für unsere Bemühung ansehen, (3) daß, weil sich keiner unter denen weltlichen Scribenten gefunden, der sich zur Beschreibung der Dinge, die sich von der Schöpfung der Welt her zugetragen, geschicket hätte, (1) man auch gesehen, wie alles, was von dieser Gattung etwan gefunden werden kan, unrichtig und fabelhaft sey; (4) wir den Anfang unserer historischen Abhandlung von denen Biblischen Nachrichten allerdings machen wollen. Bist du ein redlicher Mann, so wirst du es gut heissen. (8)

Imitatio eadem, verbis TERENTIANIS reddita; docensque, vnde Historiae incunabula tuto petenda sint?

Nemo in eo facile disputauerit; (2) iis, qui animum ad euoluenda Historiarum incunabula aduerterunt, (7) initium a MOSE capiendum

dum esse. Obscura certe ea est diligentia, (6) quae *Praeadamit.s* (c) fingit, facitque hoc opinionis monstrum, vt intelligendo, nihil intelligas. (10) Neque id vitio nobis quis dederit,(2) si nec in fabulis OVIDII, (d) de aureo Saturni saeculo, quidquam reliquum esse putemus, (9) in quo persequendo, operam minus nos abuti oporteat. (7) Adeo nemo scriptorum MOSE vetustior, (e) aut certior. Spectanda in hoc fides est, in reliquis taciturnitas exigenda. (5) Id iam negotii datum nunc nobis credas, (3) Lector beneuole, vt, cum nemo (f) scriptorum profanorum ad ea, quae primis, ab orbe condito annis, gesta sunt, commemoranda, animum adpulerit, (1) et vero illa, quae forte illinc petita, prostant, veritatem nobis sistant contaminatam, (g) (4) a narratione Mosaica

(c) *Isaacus Peyrerius*, Gallus, auctor dogmatis est. Docuit is, gentiles multis ante Adamum saeculis creatos fuisse. Vid. ZACH. GRAPIVS, Syst. nou. contr. T. II. p. 100. & FRID. BECHMANNVS, Theol. polem. p 296. sq. (d) Metamorph. L. I. Fab. III. v. 89. sq. Huius furfuris sunt CTESIAE commenta. vid. CHRIST. CELLARII Hist. Prooem. et quae EVSEBIVS de praeparat. Euang. ex DIOD. SICVLO, de origine mundi et prima hominum vita, initio tradit. (e) Vid. CHRISTOPH. AVGVST. HEVMANNVS in Hist. litter. C. III. §. 2. p. m. 30. vbi non modo Maderi Bibliothecam antediluuianam explodit, sed & fabulam olere, quae de columnis Sethi circumferuntur, grauiter pronuntiat. (f) PLVTARCHVS in Theseo, *vltra Theseum*, inquit, *nihil videas in historia, praeter inexhaustas arenas, nil nisi vanissimas fabulas aut densissimas ignorantiae tenebras*. Conf. PHILIPPVS MORNAEVS de verit. relig. Christ. C. 8. p. 115 sq. (g) Ita quae HOMERVS in Aegypto, teste DIODORO SIC. didicit, licet a biblica narratione non abeant procul, tamen quia sub inuolucris proponuntur, reique gestae modum vitiant, fidem

ea (h) initium historiae faciendum existimemus. Si bonus es, fauebis instituto, nobisque de cetero, aequo animo aderis. (δ)

Actus I. Scena I.

I. Regulas aliquot vitae morumque exhibet.

11. Paucis te volo, puer: Knabe, ich will dir was weniges melden.
12. Recte haec abs te curentur: Dieses soll von dir wohl beobachtet werden.
13. Quid facere voluerit te Deus, à paruulo, disce: Lerne alles, was dir GOtt von Kindheit auf zu thun befohlen.
14. Hoc ipsum in memoria habeto: Dessen solt du stets eingedenck seyn.
15. Vis, vno, quod aiunt verbo, edoceri, quod te velit Deus? Wilt du kurz wissen, was GOtt von dir fordere?
16. Cole Deum, adeo, vt nihil supra (i), illique serui liberaliter. Diene GOtt über alles treu und redlich.

fidem historicam non merentur. e. g. Paradisum Alcinoi horti titulo Poeta exprimit, Diabolum, de coelo lapsum, Aten vocat, seu noxam, quem Deus iureiurando facto, redire, vnde decidisset, prohibuerit, &c. Vid. IVSTIN. MARTYR orat. ad gent, p. m. 68. sq. Conf. MORNAEVS, de verit. rel. Christ. c. 26, p. m. 451. sq. vbi toto fere capite narrationem Mosis, vt ea fabulis gentium variarum contaminata fuerit, exhibet. (i) Laudatus MORNAEVS, l. c. p. 117. postquam summam historiae profanae imperfectionem, recentioremque longe illius epocham, declarauisset, ita concludit; *vnam ergo Cynosuram, Historiam sacram, habemus.* (i) *Cicero* L. XIV. ep. I. Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, vt *nihil supra* possit.

17. *Clemens et iusta est Dei seruitus.* GOtt dienen, ist eine noch wohl zu ertragende Dienstbarkeit.
18. Nunquam, etiam aetate integra, liberius viuendi tibi sit potestas. Deine Lebens-Art soll niemahls, auch in der Blüthe des Alters, ausgelassen seyn.
19. Primum vero ad studia animum adiunge. Du solt dich aber vor allen Dingen auf Erlernung der Sitten und Sprachen legen.
20. Deinde, sapienter vitam institue, victum labore quaeritans. Sodann führe dich in deinem Leben bey steter Nahrungs-Arbeit vernünfftig auf.
21. Sicque vita sit tua, omnes vt facile perferre possis. Dein Wandel soll auch also beschaffen seyn, daß du dich mit jedem wohl vertragest.
22. Aduersus vero sis nemini, nec vlli te praeposueris. Sey niemand zu wieder, auch ziehe dich keinem vor.
23. Ita laudem sine inuidia inuenies. Also wirst du dir einen Mißgunst-losen Ruhm erwerben.
24. Mediocriter stude, sed egregie. Uberlade dich nicht mit lernen; doch was du lernest, das lerne gründlich.
25. *Adprime in vita vtile est, vt ne quid nimis.* Es hat immer seinen herrlichen Nutzen, wenn man der Sache nicht zu viel thut.
26. Vitam deinde pudice age ac parce, nonnunquam duriter. Halte dich ferner züchtig und eingezogen, auch dann und wann bey strenger Arbeit.
27. *Ingenium quippe omnium est à labore procliue ad lubidinem.* Weil die Leute insgemein so geartet sind, daß sie lieber ihr Leben in Wollust zubringen, als arbeiten wollen.
28. Honesta tua sit oratio, idemque vultu semper sis modesto, sed ad vitia exanimato. Deine Rede sey bescheiden, und dein Anblick sittsam, über die Laster hingegen betrübt und erschrocken.

29. Nun-

29. Nunquam ob facinus indignum, obiurgandi aqud te locum relinque. Gib keine Anlaß mit irgend einem Verbrechen zu deinem eigenen Verweiß.

30. Id vero operam da, vt humanis mansuetisque officiis, placeas aliis. Trachte aber dahin, daß du dir mit deiner Höfligkeit und ungezwungener Art, Liebe erwerbest.

31. *Obsequium namque amicos parit.* Denn durch Dienstwilligkeit macht man sich viele zu Freunden.

32. Nec vnquam aliquid dissimula facile, aut cela. Daben solt du nicht leicht etwas verheelen oder verbergen.

33. *Veritas* quidem *odium parit*; cur tamen animus hac re commoueatur tuus? Mit Wahrheit kommt man zwar übel an: doch sollt du dir solches nicht fremd vorkommen lassen.

34. Spectatum hoc & magnum erit fidei tuae exemplum. Dieses soll ein klarer Beweiß deiner Aufrichtigkeit seyn.

35. Caeterum, fides et taciturnitas (k) in te sitae semper sint. Ubrigens soll Treue und Verschwiegenheit immer an dir gefunden werden.

36. Pluribus hac in re non moror, modo haec teneas, etiam cum ex ephebis excesseris. Ich will allhier weitläuftiger nicht seyn, nur laß dir solches vorjetzo sagen, auch da du die Kinder-Schuh ausgezogen haben wirst.

37. Haec inprimis ad te adtinebant: Dieses gieng dich vornehmlich an.

38. Confictare iam cum ingenio tuo, eique finem praescribe modumque. Kämpfe nun mit dir selbst, und halte deinen Willen im Zaum und Maaße.

(k) Est & fideli tuta silentio Merces. *Horat.* Carm. l. III. od. 2.

Millenar. I. 39. Ne alioquin perditum te eas, tuaque animaduertenda sit incuria. Damit du dich nicht wiedrigenfalls ins Verderben stürtzest, und deine Nachlässigkeit müsse so dann bestraffet werden.

40. Sed Te, hoc pacto, salutemque tuam, non iniuria, obserues. Sondern dein Augenmerck auf dich und deine Wohlfahrt auf diese Art, billig richten mögest.

41. Non tibi haec incommodabunt. Damit solt du nicht belästiget werden.

Imitatio II.

Historiam creationis, lapsus, cet. exhibet.

Millenar. I Historia Biblica Annus O. C. I. Adam.

Paucis te volo, (11) quicunque ad Historiam perdiscendam animum adpulisti. (1) Primum est, vt ad creationis momentum animum adiungas. (19) Conditus homo primus, quid se vellet Deus, (15) illico edocebatur. Initio quidem, animum ad colendum Deum adeo aduertit, (7) vt nusquam liberius viuendi datam sibi potestatem arbitraretur, (18) quam in clemente, iustaque seruitute Dei. (17) Sapienter deinde vitam instituit suam, (20) ac tam feliciter, vt nihil supra, (16) idque operam dabat maxime, (30) vt Deo seruiret liberaliter, (16) atque hoc pacto (40) amiciorem eum sibi semper obsequio pararet. (31) Vno verbo dixerim, (15) spectatum ac magnum virtutum erat exemplum. (34) Sed laudem inuenit, non sine Daemonis inuidia. (23) Ab hoc ad peccandum percitus, [vt hominum ingenium est procliue ad lubidinem,, (27)] vno lapsu, se, posterosque suos omnes iuit perditum, (39) ac proinde, fatale cuilibet suo cum ingenio confligtandi (38) onus imposuit : casus quippe hic ad omnes omnino homines adtinebat. (37) Atque jam sic est vita mor-

mortalium, (21) aduersi vt sint Deo, (22) nec facile illud, quod se facere velit Deus, (13) vel perferre possint, (21) vel recte curare. (12) Fuit tamen in misericordia Dei aliquid spei reliquum. (9) Negotium Filio Dei datum, (3) vt aequo lapsis adesset animo, (8) opemque ferret miseris. Nec vero operam abusus est Seruator: (7) in qua quidem re heic multis non morabimur. (36) At ADAMVS, integra iam aetate, (18) inopia coactus, vitam agebat duriter (26) & qui se omnibus praepositum prius putarat, (22) nunc rure victum quaeritare debuit: (20) malo edoctus suo, *apprime in vita utile esse, vt ne quid nimis.* (25) Ita sero demum seipsos homines intelligunt. (10) Non magis vero, hac re, animus illius commouebatur, (33) quam CAINI improbitate. Hic, vt ex ephebis excessit, (36) mediocriter forte, nec egregie satis institui se passus, (24) ac ideo fratris modestum vultum, orationem item honestam, (28) ferre dum haud posset, vno ictu, [indignum facinus, (29)] hominis humani mansuetique officia transgreditur, (30) sicque suo testatus est scelere, *veritatem* inter cognatos quoque *odium parere.* (33) Non iniuria ergo (40) id ipsum in memoria habeto, (14) proles, quas accepisti, obseruandas esse diligentius; (40) nisi experiri velis, exanimato tuo ad liberorum scelus, animo, (28) tuam in educandis iis animaduertendam fuisse incuriam. (39) Id quod dissimulare vel celare heic non oportuit. (32)

Millenar. I. Rom. 5. 12.

Cain.

Imitatio III.

(modum diuersi argumenti iisdem phrasibus exprimendi exhibens.)

Historia Patriarcharum, diluuii, cet.

Nemo id vitio dabit, (2) quod primis millenariis, ad ea tantum fere animum adpule-

Hist. Bibl. A. 120 O. C.

 rimus,

Millenar. I. rimus, (1) quæ ad vitam Patriarcharum, sapienter institutam (20) adtinent. (37) Paucis te iam
130. velim, puer. (11) Natus Adamo SETHVS est.
Seth. De hoc illud spei reliquum fuit parentibus, (9) cum suo iam confli&tantibus ingenio, (38) talem futurum, qui, ad colendum Deum omnem esset animum adiun&turus. (19) Primum ergo, quid facere se vellet Deus, (13) à paruulo edocebatur. (13) Et cum familia Caini aduersa esset Deo, (22) hic suam contrà in eo, quod se voluerat Deus, (15) non obscura profe&o diligentia, (6) exercuit. Nec operam in instituendis liberis nepotibusque abusus est. (7). Horum
Enoch ENOCH id operam dabat, (30) vt nusquam
622. beatius viuendi sibi esse potestatem putaret, (18) quam in communione Dei. Et quia in iusta clementique Dei seruitute vixit, (17) vitamque duxit haut contaminatam, (4) mortalem conditionem, quae in se sita erat. (35) cum immortali, coelo receptus, commutavit, annis LVII,
987. posteaquam Adamus negotium moriendi sibi da-
Millenar. II. tum, (3) consummaret. NOACHVS vero,
1056. paulo post natus, illud in memoria habuit, (14)
Noah. quomodo laudem probitatis apud Deum inueniret, (23) Videns vero orbem ire se perditum, (39) nec mandata diuina re&e ab eo curari, (12) sed praeponi scelera religione, (24) tamque enormem agi vitam, vt nihil supra, (16) vehementer hac re commouebatur, (33) nec ideo quidquam facile dissimulabat aut celabat, (32) quod ad salutem orbi obseruandam, (40) vide-
1536. bat pertinere. Sed inimicum sibi Numen impietas pepererat; (31) id namque, dum fauere sceleribus non posset, (8) et videret contra, locum obiurgandi ampliorem semper apud homines reliqui, (29) animaduertendam à se tandem
Diluuium improbitatem hanc constituit. (39) Itaque uno,
1656. eoque
28. Novemb.

genque vniuersali *diluuio*, (l) rebus humanis fi- Millemar. II.
nis praescriptus est. (38) Spectatum hoc erat, & vere magnum continentiae iuxta ac iustitiae diuinae exemplum. (34) Nimirum adprime in vita vtile est, vt ne quid, vel nimis fiat, (25) vel consilio praecipite. Euasit quidem periculum NOAH, sed mox confligari cum fato aduerso cogebatur. (38) CHAMVS quippe, vix ex ephebis egressus (36) & ad lubidinem, quam honestatem procliuior, (27) patri, humani nonnihil passo, nec sese satis intelligenti, (10) et cuius exigenda magis fuit dissimulandaque turpitudo, quam spectanda, (5) incommodauit insultauitque: (41) quod vero facinus fratres, modesto, vtut exanimato vultu, (28) eluerunt.

Actus I. Scena II.

II. Mortis recordationem commendat. Psalm. 90. 12.

42. Spatium tibi semper sit ad recogitandam mortem (m). Nimm dir immer Zeit an den Tod zu dencken.

43. Spe-

(l) Vniuersalis cataclysmi possibilitatem, vt vocant, contra atheos euincit RICHARD. BENTLEIVS in Stultitia atheismi. ed. germ. p. 133. Sigillatim apodixin illius, ex petrefactis marinis, in summis montium cacuminibus repertis, IOH. IACOB. SCHEVCHZERVS in den Natur-Geschichten des Schweitzerischen Landes; ex communi vero traditione plurimarum gentium, Americanarum inprimis, apud quas in articulum prope fidei diluuii historia transierit, allegatus MORNAEVS, l. c. p. 458. probat. Conf. IOSEPH. antiquit. Iud. L. 1. C. 5. (m) Summa tibi sit Philosophia, mortis meditatio adsidua. *Bernhard.* L. de honestate vitae. Opp. p. 1259. Et *Persius* Sat. V. *Viue memor lethi: fugit hora.*

Millenar. II. 2. Tim. 1. 7. 43. Speranda vero vita post mortem, bono omine, amotoque metu. Und hoffe dabey ganz getrost, und bey guter Ahndung auf jenes Leben.

1. Pet. 1. 3. 44. Qui sic sperant, ea tamen lege, vt per Christum id sperent, ii non falso ducuntur gaudio. Die also hoffen, und den Grund ihrer Hoffnung auf Christum setzen, empfinden keine leere und vergebliche Freude.

45. Contra, non dubium est, quin magno nostro malo, mortis intermittatur meditatio. Hingegen ist es kein Zweiffel, daß das Andencken des Todes mit unserm grossen Nachtheil unterlassen werde.

46. Aegre id quidem fert veternus noster, seque hoc officio exemtum esse cupit: Solches kan zwar unsere verderbte schlafsüchtige Unart nicht vertragen, sondern suchet sich davon völlig loß zu machen.

47. Veretur enim semper, quorsum res post fata sit euasura? Denn sie besorget, es dörfte die Sache nach dem Tode nicht wohl ablauffen.

48. Si sic abierit negotium, vt in pistrinum, aeternis caedendum verberibus, dedat te Deus. Woferne es geschehen sollte, daß du in die höllische Sclaverey, um daselbst ewig gepeiniget zu werden, verstossen würdest.

49. Et licet optent plerique, (n) quo fiant minus, carnifex quae loquitur mens, scelerum conscia. Und ob ihrer viele wünschen, daß es nach dem Urtheil ihres bösen Gewissens nicht gehen mögte.

50. Tamen in meliorem redire viam nolunt. Dennoch wollen sie nicht umkehren.

51. Quin

(n) — — quos dirì conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere caedit
Occultum quatiente animo tortore flagellum. *Iuven.* Sat. XIII.

51. Quin animum vt expleant suum, Dei semperlenitatem astute laudant. Vielmehr, damit sie ihrem Muthwillen das Genüge leisten mögen, beruffen sich auf GOttes immerwehrende Gütigkeit. Millenar. II.

52. Crepant hi porro, iniqui esse iudicis, ea in morte exquirere, quae feceris in vita. Sie sagen ferner, GOtt müste ein ungerechter Richter seyn, wo er nach alle dem, was du im Leben gethan, im Tode forschen wollte.

53. Sed, bona verba, quaeso! Aber, Ey gemach! ey, bedachtsamer geredt!

54. Et vbiuis facilius, quam in re tam graui deludi te patiare, quisquis es. Du magst dich auch eher anderwerts, als in dieser so wichtigen Sache übereilen, wer du immer bist.

55. Multa circuitione opus est, ne mortem timere te sentias. Es braucht gewiß eine weitläufftige Fürsorge, daß man sich vor dem Tode nicht fürchte.

56. Alios certe ratio hominis, post fata victuri, mores postulat, vitam aliam. Die Versicherung des künftigen Lebens erfordert ja ganz anders gesinnte Leute, eine ganz andere Aufführung. 1. Tim. VI. 11. 12.

57. Tu, magistrum ad hanc rem non improbum nactus. Da du nun in dieser Sache treulich kanst unterrichtet werden.

58. Nihil hic temere feceris; nec, quidquid est consilii, feres grauiter. Thue allhier nichts unbedacht: laß dich auch nicht verdriessen, wenn man dir hiebey was rathen will.

59. Sed quomodo hic conaberis? Wie wilt du aber die Sache angreiffen?

60. Non hic Oedipo opus est. Es ist allhier keines Rätzel-Auflösers nöthig.

61. Aperte rem ipsam loquitur Scriptura, multa de ἀναστάσει verba faciens: Die Schrifft redet klar Joh. XI. 25. 26. Luc. II. 29. 30.

Müllerus. II. klar und weitläufftig genug, wie man seelig sterben könne.

62. Tu interea, aegrotum vitiis animum ad meliorem partem adplica. Du solt indessen auf Genesung deiner krancken Seele bedacht seyn.

63. Et ad disturbandos ex animo tuo saeculi mores te compone. Und bemühe dich, alles Welt-Wesen fahren zu lassen.

Matth. 24. 50. 64. Adeo semper caue, ne oscitantem Te, aut nihil huius opinantem mors opprimat. Hüte dich stets, daß dich der Tod in deiner Schlafsucht und Sicherheit nicht überfalle.

65. Postulo iam, vel quod aequius est, oro Te, vt haec ad te adtinere putes. Ich will, oder billiger zu reden, ich bitte dich, daß du dieses alles für deine Pflicht ansehen wollest.

66. Tute pro te moles (o), si rumor sit, haec te curasse, scilicet. Du solt an deinem Unglück selbst arbeiten, wo man es von dir hören soll, daß du dich darüber wenig bekümmert hast.

Imitatio IV.

Historiam turris Babel, imperiique Nimrodi, Assuris, vt et Ægyptiorum incunabula, exhibet.

Hist. Bibl. Ad disturbandam ex animo veram religionem, (63) CHAMVS, non sine magno suo malo, (45) sese composuerat, nihil timere se sentiens, (55) conscia scelerum mens quae loqué-

(o) Serui apud Romanos delinquentes, *molis* tuforiis iniiciebantur. vid. SALMVTHVS ad Panciroll. P. II. Tit. 82. apud AVGVST. PFEIFFERVM, Antiquit. Ebr. c. 18. §. 1. Huc & *Plautum*, ob penuriam deuenisse testatur GELLIVS, L. III. C. 3. p. 142. Conf. Exod. XI, 5. Iudic. XVI. 21. Thren. V, 13.

loquebatur carnifex : (49) dum, ecce, familia *Millenar. II.*
illius opus conaretur stolidum, (59) et ad ex-
struendam turrim (p), improbo quidem omine,
(43) accederet, animum vt expleret suum, (51) *Turris Ba-*
nominisque perennitatem curasse videretur, sci- *bel. 1757.*
licet. (66) Quod, quam temere factum fuerit,
(58) et quam aegre grauiterque institutum hoc
tulerit Deus, (46) semper lenitate alioquin
conspicuus, (51) linguarum docuit confusio.
Delusus turpiter in re tam vesana populus, (54)
dubium non est, (45) quin ideo in varias pro-
uincias fuerit effusus : ita nimirum, qui in me-
liorem redire viam nolunt, (50) iuste vapulant.
(Ad. 225.) Postea NIMROD, Chami Nepos, *Nimrod.*
amoto difficultatis metu, (43) opus interrup- *1788.*
tum persequitur, vrbemque Babylonem, ea le-
ge condit, (44) si sic abiturum esset negotium,
(48) vt prima haec sint in orbe regiminis profa-
ni initia. Sed, bona verba, quaeso! (53) Serus
docuit vesper, quorsum res post fata illius eua-
serit. (47) ASSVR (q) enim, filius Semi, ad- *Assur.*
plicato ad deteriorem partem animo, (62) im-
probamque nactus magistram, ambitionem, (57)
et alios forte regimen ciuile postulare mores,
(56) quam fuere patrii, ratus, *Monarchiam*, po- *I. Monarch.*
steris Chami oscitantibus, nec opinantibus (64) *Assyr.*
surreptam, stabiliuit : pistrino profecto dignior, *1843.*
vbi caedi ad necem verberibus, (48) pro seque
molere,

(p) Genes. XI. 4. sq. Conf. HERODOT. L. I. p. m. 73. qui *in sacri Vrbis Babylonis medio*, inquit *turris solida est, crassitudine simul & altitudine stadii, cui alia rursus superimposita turris, & huic alia, ad octauam vsque. His forinsecus scalae sunt in circuitu adhibitae, per quas ad singulas conscenditur turres.* Locum vero, vbi turris haec exstructa erat à Nimrodi familia Babylonem vocatum fuisse testatur IOSEPHVS, L. I. antiquit. c. IX. pluribus.
(q) Conf. AVGVSTINVS de Ciuit. Dei L. XVI. C. 3.

Millenar. II. molere, (66) beatius fuisset, quam quod ad se adtinere iudicauerit, (65) verum Dei cultum eiurare. Sed Oedipo hic fuerit opus, (60) qui aperte, (61) nec multa verborum circuitione, (55) rem expediat omnem. Ninusne idem fuerit, qui Nimrod, an ex familia Nimrodi ad Assurem, imperium transierit? Sed neque spatium nobis est, ad rem curatius recognoscendam, (42) an idem sit Assur, qui Belus, & hic idemne sit, qui Nimrod, (r) aut Saturnus. (s) Quemadmodum de XVI. *Dynastiis Aegyptiorum*, (t) ante pastorum imperium florentibus, multa quoque verba facienda forent. (61) Vetustissimus tamen rumor est, (66) CHAMVM, (u) posteaquam officio se probi filii exemisset, (46) Aegyptum coluisse, Hammonemque Iouem fuisse adpellatum. Caue, illud hic feceris, exquisiueris que, quod in re obscura, iniqui alioquin est iudicis. (52)

Aegyptii.

Actus I. Scena III.

III. Ad diligentiam, in studiis adhibendam, hortatur.

67. Nihil apud Te sit loci segnitiae, neque socordiae, quicunque animum ad studia adpu-

(r) Vid. CHRISTOPH. CELLARII not. in Curtii L. III. C. 3. §. 16. & L. V. C. 1. §. 24. Conf. Eiusdem Hist. antiq. p. 3. (s) vid. IOH. SELDENVS de Diis Syris, Syntagm. II. C. I. p. 197. (t) vid. HEINRICI BVNTINGII Chronol. p. 19. vbi Pastores hos HICSOS fuisse nuncupatos monet. Conf. HERMANN. CONRINGIVS, in aduersariis Chronol. (u) Conf. Psalm 105. 23. 27. et Psal. 78. 51. gloss. TREMELL. ad h. l. vbi ex HIERONYMO probat, Aegyptum vsque ad Saec. IV. p. C. N. Aegyptiorum lingua CHAM fuisse dictam, et *Chemmim* oppidum in Thebaide celebrari apud HERODOT. L. II. p. m. 119. ciues autem oppidi vocari CHEMMITAS seu CHAMITAS.

adpulisti. So du studiren wilt, so laß der Trägheit und vielen Zaudern keinen Platz noch Raum. Millenari H.

68. Vtraque multos adolescentes pessundedit. Beydes hat viele Jünglinge in Noth und Unglück gebracht.

69. Quod si tuae tantum indoli, tardae alioquin, opituleris, minas Dei timeas, necesse est. So du deiner schläfrigen Unart hierinnen folgest, so hast du Göttliche Bedrohungen zu befürchten.

70. Cui verba dare difficilius est, quam magistris. Massen es schwehrer herGehet, GOtt, als die Lehrer, mit List zu hintergehen.

71. Tute ipse tuae felicitati time. Stehe immer in Sorgen, ob du nicht dadurch dein Glück verschertzen müssest.

72. *Felicitas quippe nostra cautione singulari ac astu providetur.* Denn unser Glück wird ja durch manche Sorgfalt und scharfe Einsicht über die hiezu anschlagende Dinge, befördert.

73. Operae pretium ergo fuerit, studere diligenter, neo, dum libitum est tantum, aut dum infensus seruat Te magister. So ist es wohl der Mühe werth, fleissig zu studiren, und nicht nach seinem eigenen Gefallen, oder auch, da der sonst aufsetzige Lehrer über dir genaue Acht hat.

74. Dixeris vero: liberum me, non Dauum tolli (x) iussit pater. Du sprichst: Ich bin frey, und nicht knechtisch gebohren und auferzogen worden.

75. Quo iure ergo praecipitem me in pistrinum dem Scholasticum? Mit was für Recht soll mich nun in das Schul-Zucht-Hauß stecken lassen.

76. Fabulae. Fallaciam ipse tibi sic fingis non exigua iniuria. Ey Possen! du betrügest dich hiemit selbst recht unbillig.

x) nutriri, educari vid. infr.

Millenar. II. 77. Potius auscultans iis, qui liberales docent artes, adeo non puta orbum Te fore libertate, vt hanc, ipsum potius adiutaturum Te speres. Vielmehr denke, wie du nicht nur durch deine Untergebenheit deiner Freyheit nichts nachtheiliges thun, sondern vielmehr dadurch eben diese Freyheit befördern solt.

78. Inceptio dummodo sit amantis, haud amentis. So du nur das Studiren mit Lust und Liebe, nicht aber aus Vorwitz angreifest.

79. Quis vnquam facile nauem fortunae fregit suae, qui studiorum oceano rite sese commisit? Wer hat doch leicht an seinem Glücke einen Schiffbruch gelitten, der sich auf die Studien mit allen Ernst geleget?

80. Nec verosimile est, obire citius mortem, litteris diligentius incumbentes. (y) Es ist auch nicht wahrscheinlich, daß die da fleisig studirt haben, eher denn andere sterben müsten.

81. Quamuis commentum hoc multis placeat. Wiewohl dieses falsche Vorgeben von vielen bekräftiget wird.

82. Vt nimirum nauigio suo, iusto eiiciantur maturius, studiaque relinquant imprudentes. Damit sie aus dem Schul-Gewässer desto eher ans Land der Freyheit kommen, und die Studia unbesonnener Weise, völlig verlassen mögen.

83. Scilicet, hoc malum, ad plura alia, quae litteras

(y) Vid. LVCIANVS in Macrobiis. Op. p. m. 870. & sq. vbi inter Philosophos Democritum, annos 104. Xenophilum, annos 105. Solonem, Thaletem, & Pittacum, 100. Zenonem, 98. Cleanthem, 99. Chrysippum 81. Diogenem, 88. Platonem 81. Xenophonta, 90. inter Historicos et Poetas, Polybium, annos, 82. Isocratem, 99. Apollodorum, 82. Sophoclem, 95. vixisse tradit. Cicero Ennium 70. annos natum pronunciat, de Senect. C. V. Conf. Hieronym. Ep. ad Nepotianum.

teras tantum non opprimunt, accedit. Hiermit wird nemlich das Übel gehäufet, womit das Schul-Wesen fast völlig unterdrucket wird. *Millenar. II.*

Imitatio V.

Ecclesiam Patriarcharum, Monarchiae item Assyriacae progressiones, exhibet. *Historia Biblica.*

Familia *Semi*, eiecto ex nauigio Ecclesiae *Assure*, (82) ad verum Dei cultum per *Arphaxadem* adiutandum, (77) omnes neruos conferebat. Neque vero infensus hunc suum seruabat coetum Deus; (73) quin opitulabatur is colentibus se, (69) cultusque sui rationes, cautione singulari, hoc est, diuturniore Patriarcharum vita, prouidebat. (72) Ab HEBERO demum, Semi pronepote, nomen Ebraeorum ortum; quod notasse, operae pretium fuerit. (73) Assur vero, suae ipsius dum tranquillitati timet, (71) ne quo pacto opprimatur, (83) Vrbem NINIVEN condit, a Nino filio, successore, ita nuncupatam. NINVS vero, protenso variis victoriis regno, (z) siue fallacia, quam SEMIRAMIS coniux finxerat, (a) (76) siue iniuria demum fortunae, (76) quod verosimilius est, (80) ab imperio deiectus, maturius, quam libitum sibi fuerat, (75) mortem obiit. (80) Relictum sic, (82) orbumque rege imperium, *Hist. profana.* *Ninus. 1905.*

 (77)

(z) Domitis enim proximis, totius orientis populos subegit. Postremo, *Zoroastrem* Bactrianorum Regem bello vicit, occiditque. IVSTIN. L. I. C. 1.

(a) Ob elegantiam formae meruit Augusta dici; sed gratiam male retulit. Nam impetrata sibi a rege, imperioque, quinque diebus circumscripta, regem interfici iubet, ac sic rerum potitur. Vid. AELIANVS Hist. Var. L. 7. C. 1. ex DINONE.

Millenar. IV. (77) SEMIRAMIS adiit, minas fatorum, ob data marito verba, (70) nihil metuens. (69) Semiramis. Nihil apud hanc loci; seu segnitiae fuit, seu so- 1957. cordiae, (67) nihil moribus effoeminatis: vt sublatum eam masculum verius, quam foeminam, existimes. (74) Tanto imperii oceano sese committens, nauim fortunae nusquam bello fregit. (79) Postremo, dum in libidinis, incestique flagitii pistrinum dare se vellet praecipitem, (75) trucidatur. Non sunt fabulae, (76) quae de monumento, à Semiramide astu (b) posito, (72) feruntur. NINYAS tamen, inceptionem imperii amantis iuxta ac amentis esse Nynias. putans, (78) totum se dedit Veneri: ad quod 1999. quidem vitium illud accessit malum, (83) quod in Gynaeceo, Dauum se esse maluerit, (74) quam Oedipum in curia, (60) Id quod indolis sceleratae commentum, plerisque successoribus placuit. (81)

Actus I. Scena IV.

IV. In crapulam.

84. Quidnam temulentos plerumque exanimatos videas? Warum bringt doch das Saufen oftmahls eine Gemüths-Unruhe und unordentliche Bewegung?

85. Quiuis namque temulentus, est simul temerarius. Indeme ein Trunckenbold treibt zugleich allen Muthwillen.

86. Et cui clam commissum erat nonnihil, nunc in

(b) Supra portas Babylonis monumentum sibi poni iussit, cum hac epigraphe: *Si cui Regum Babylonis fuerit penuria pecuniae, aperto tumulo, sumito, ne tamen nisi indigueris, alioqui in rem tuam non fuerit.* Elusum vero Darium, vide pluribus apud HERODOT. L. I. p. m. 75.

in publicum adducit imprudens. (c) Und dem Müllner, wo man vorhero etwas heimlich anvertrauet, so schlägt er solches sodann auf die Drommel.

87. Atque sero hi demum assequuntur, quam multum haec turba, animique confusio, tristitiæ sibi adferat. Sie müssen so dann spät in sich gehen, was für betrübte Folgen solche Gemüths-Unruhe nach sich ziehen könne.

88. Dum ergo facultas Tibi datur conuiuandi, obsecro, id specta, quod natura tantum, exigit. Hast du nun Gelegenheit wohl zu leben, so richte dein Augenmerk auf die Versorgung deines natürlichen Lebens.

89. Digna certe res est, quae de adolescentibus inprimis praedicetur. Denn solches geziemet sich wohl sonderlich für die Jugend.

90. Aut forte vis tibi, & in his peccandi locum dari: Oder wilt du, daß dir auch hierinnen über die Schnur zu gehen erlaubet sey.

91. Opperire modo, & videbis, quas haec importunitas tua poenas adlatura sit, nisi primo partu eam suffocaueris. Harre nur ein wenig, so wirst du sehen, was für Ungemach dir diese Ausgelassenheit, wo sie nicht in der ersten Geburt gedämpfet worden, bringen soll.

92. Vereris, quid sit eiusmodi? Audisti iam dudum. Stehest du in Sorgen, um zu wissen, was solches für Strafe bringe. Du hast es vorhin schon vernommen.

93. Suas bibere calamitates, qui inter compoto- Habac. 2. 16.

B 3 res

(c) VIRGIL. eclog. de vino. *Arcanum demens detegit ebrietas.* Et HOMER. Odyss. ξ. 465.

Nam vinum vel prudentem cantare coëgit,
Et tenerum ridere, pedesque inferre choreis,
Atque tacenda loqui, nec idonea dicere dicta.

Conf. PLVTARCH. libr. de garrulitate. p. m. 104. sq.

Milesius. II. res compotricesque versantur. Wie nemlich diejenigen, ihr eigenes Unglück in sich saufen, die da mit den Sauf-Brüdern und Sauf-Schwestern die Zeche mit halten.

Imitatio VI.

Abrahamus. Sesostris et Tanaus, reges.

Historia Biblica Abraham. 1948.

Hac aetate ABRAHAMVS, credentium pater, temerariis magis quam improbis parentibus, (85) nascitur. Digna certe res est, quae hic praedicetur. (89) Chaldaeus is erat, et cui a puero dabatur facultas id spectandi, (88) quod Dei in natura habetur vestigium. (d) Huic pristinam colendi se rationem, commissurus Deus, (86) id egit, vt flammis superstitionis ereptum, suffocataque primo partu profanitate, (91) exulare primum iusserit, mox, ne quo pacto exanimatum se exilio videret, (84) fortunae bonis collocupletauerit. (Heaut. 228.) Et quidnam sacramentum heic circumcisionis in medium adferre non liceat? (84. 86.) quo quisque posterorum Abrahae, peccandi sibi datum esse locum dolens, (90) Deo conciliari posset.

Hist. profana Scythae. Temulentis vero similiores sunt, (e) qui SESOSTRIS (f) & Ægyptiorum, TANAI, Scytharum regum res, iam dudum praeclare gestas, (92) hic adducunt imprudentes. (86) Vereor,

(d) Chaldeos sideribus spectandis operam dedisse, docet vberius THOMAS STANLEIVS, Hist. Philos. Orient. Conf. GELLIVS L. XIV. C. 1. (e) Vid. IVSTIN. L. 1. c. 1. et Lib. II. c. 3. fin. Conf. MATTHIAE BELII, prodrom. Hungariae, C. I, Sect. 1. c. 7. §. 1.

(f) *Vexoren* TROGVS, & ex hoc, IVSTINVS, vocat l. c. Conf. CELLAR. Hist. ant. p. 169.

rior, quid sit fabulosius, (92) quam quod Scythæ Mill...
vectigalem habuerint Asiam, per mille, quingentos annos, antequam *Nynus* huic siue importunitati, (91) siue dominationi finem imponeret. Certe si id ipsum verosimile est, (80) hoc iam operiare consequens necesse est, (91) regnum Scytharum, ipsa eluuionis uniuersalis tempora, vbi quidem de compotoribus compotricibusque, (93) nihil contra de imperiorum fatis audiebatur, antiquitate, praecedere.

Actus I. Scena V.

V. Animum, studiis intentum, ob paupertatem despondere noli.

94. Saepe is, qui accedit ad studia, semotus a diuitiis est. **Die sich aufs Studiren legen, sind gemeiniglich arm.**

95. Oportuerat quidem singulos praesciisse, num quem studiorum neruum sint habituri? **Man hat zwar voraus bedenken sollen, ob man dazu auch hinlängliche Mittel habe.**

96. Non tamen funditus ideo perit, pauper licet, qui studia facit maximi. **Man ist gleichwohl nicht verlohren, wo die Last der Armuth von der Liebe und Hochachtung zu denen Studien unterstützet wird.**

Si modo id exsequatur, quo paupertatem, i non effugiat prorsus, leniat tamen, hoc est, iuinae si se mandet committatque fidei. **Wo :rne man nur zur Linderung dieses Übels, ein stes Vertrauen auf göttliche Treue besitzet.**

Sunt tamen, qui obstinate dant operam, quo uperes à studiis abstrahantur. **Doch gibt es ute, die darauf gewaltig dringen, wie die Ar- n vom Studiren abgeschröcket würden.**

Millenar. II. 99. Quasi hos continuo mors occupatura sit, si quam deuorassent penuriam. Als wenn solche sobald crepiren müsten, wo sie einigen Mangel ausstehen sollen.

100. Sed nonne impediunt curæ pauperem? rogas. Du fragst: Ob nicht viele Sorgen denen Armen verhinderlich seyn?

101. Hae, miserum animum diuerse trahunt, Diese bringen das arme Gemüth, bald auf diese, bald auf jene Gedanken.

102. Quot, quaeso, modis contempti, spreti, repudiati, nihil beneficii obtinent pauperes, (g) solicitatione quantumuis vel honestissima: Wie oft werden die armen Studiosi abgewiesen, ob sie gleich mit schönen Bittschriften versehen sind.

103. Timent hinc, victus liberorumque penuriam, atque ex hoc diu soliciti sunt miseri, Sie besorgen daher, und werden darüber sehr beunruhiget, daß sie nicht an Lebens-Mitteln und Büchern einen Mangel ausstehen dürften.

104. Id quod ad morbum animi, moramque studiis interponendam accedebat. Und dieses träget vieles zu der Gemüths-Unruhe und alteration derer Studirenden bey.

105. Sed pro Dei, hominumque fidem! quam iniqua haec, inepta et falsa causa est. Doch ich kan es bey GOtt und vor Menschen bezeugen, daß dieses eine ungerechte, ungereimte und recht falsche Einwendung sey.

106. Vnum hoc scio, alere hos, qui talia crepant, aliquid monstri. Dieses weiß ich ganz gewiß, daß unter diesem Vorwenden eine Boßheit stecke.

107. Vt obtrudant orbi litterato barbariem. Damit

(g) Magnum pauperies opprobrium jubet quiduis & facere & pati. *Horat*, *Carm*. L. III. od. XXIV.

mit sie der gelehrten Welt eine allgemeine Rohigkeit des Verstandes aufdringen möchten. Millenar. II.

108. Peropus enim est, auulsis à studiis ingeniis, rem litterariam quamcunque, è dolore labborare. Massen es nothwendig folgen muß, daß die Wissenschaften, wofern man fähige Gemüther davon abhalten will, einen empfindlichen Stoß leiden müssen.

109. Quid autem est, si non haec in litteras contumeliae est. Welches, so es nicht unbillig ist, so ist nichts unbilliges mehr zu finden.

110. Tu, etsi coactum egestate animum à litteris auellendum existimes, eum tamen, caue facile immutaueris. (h) Ob du nun gleich durch Dürftigkeit dich genöthiget siehest, die Studia zu verlassen, so sehe zu, daß du dennoch ein unwandelbahres und bey erstem Schluß beharrendes Gemüthe beybehaltest.

111. Quin potius amor et consuetudo studiorum commoueat te, vt datam Musis serues fidem. Vielmehr soll dich der Umgang mit denen Musen dahin vermögen, daß du den Stand haltest.

112. Sed vim paupertatis et solitudinis, vt ferre queas, eamque leni possis pati animo. Damit du aber die Last der Armuth und Verlassenheit ertragen, und solche gelassen erdulten mögest.

113. Precare Deum, in quo solo situm est, vt tibi succurratur. Ruffe GOtt an, bey welchem alleine stehet, daß dir geholfen werde. Ps. 71, 12.

114. Rem tuam non negligenter aget Deus. GOtt wird ja deine Sache eifrigst ausführen.

115. Omnem animum tuum vitamque tuam omnem Deo credidisti. Da du dein Hertz, ja dein gantzes Leben GOtt zum Dienst gewidmet.

(h) Et calamitas virtutis est occasio. P. Syrus in Mimos.

Millenar. II. 116. Poteſtne is non memor eſſe tui, qui in animo illius ſcriptus eſt? Kan er auch deiner vergeſſen, den er ins Herz geſchrieben hat?

117. Neque enim clam ſe eſt, quod pauper ſis. Es iſt ihm deine Armuth ja nicht verborgen.

118. Tum vero caue, ne Tute inuenuſtum ac infelicem reddas, ſi quodcunque animo libitum ſit tuo, feceris. Hüte dich ſo dann, daß du die Gunſt bey den Leuten, mithin dein Glück, durch eigenſinnige Aufführung nicht verſcherzeſt.

119. *Raro quippe pauperes videas, quibus indoles morigera ſit.* Denn man findet ſelten einen Armen, der ſeiner verderbten Art den Zügel vorlegen wolte.

120. Quo fit, vt ad rem & felicitatem ſuam tuendam reddantur inutiles. Dahero ſie ſich auch ihres Glückes, und des allerwenigſten Vermögens, das ſie haben, verluſtig machen.

121. Sed nec pœnarum ob delicta metu exanimatum vnquam animum circumfer. Auch ſchleppe dich nicht mit einem ſündhaften, und über die Sünden-Strafe beängſteten Gemüthe.

122. Ita Deus, vt bene et pudice doctum eductumque, in germani filii ſui loco ſe dilecturus eſt. So wird dich GOtt, da deine Aufführung von guter Auferziehung zeuget, als ſein eigenes Kind lieben.

123. Et licet incertus vsque adhuc ſis, quorſum opera tua acciderit, Und ob dir wohl noch unbewuſt, was dir für Vortheile deine Bemühungen bringen ſollen.

124. Neque praevideas illico diem, in quem conſtituta ſit felicitatis tuae acceſſio. Du auch nicht voraus den Tag errathen kanſt, an welchem dein Glück zu blühen anfangen ſoll.

125. Caue tamen, animus tuus idcirco ſit in dubio, aut incertus quid agat, quiue paullo momento huc illucque impellatur. Gleichwohl hüte

dich, daß nicht dein Gemüthe jage wird, Mißcenr. &c.
, daß unwissend, was zu thun sey, sich bald
bald her treiben lasse.
Quin potius id tene: studia, si per genium
ium fieri potest, ob paupertatem, ab se ne
egaueris, neu prorsus deserueris. Viel-
; halte dafür, wie es unbillig sey, wo du sonst
n innerlichen Trieb zum Studiren hast, den-
aber solches im Stiche lässest.

Imitatio VII.

yptiorum, Sicyoniorum, Scytha-
um, Loti, Abrahami, Isaaci res.

edimus iam ad semotas tantisper ab insti- *Hist. pro-*
uto, priscorum regnorum origines. (94) *fana.*
n de forma & aetate, peropus esset pluribus
(108) nisi animum, operis in vastum vo-
accreturi solicitudo, diverse traheret.
Primum iam quid exsequamur? (97)
lam Historicos est, (117) *Aegyptum*, hac *Aegyptiorum*
state, MEZRAIM, (i) filium Chami, *1782.*
fabulae *Osiridem* vocant, regem habuisse,
2758. obscuri reges sequebantur, (283) ad SIGTRV-GVM vsque, cuius periculo factum, (273) quod filiam a se sublatam, (265) Danorum regi GRAMO despondere, (Ad. 791.) surdus recusaret: (283) hic enim libidine demens, (269) omnem primum ad vindicandam sibi GRO-AM fallaciam adferebat, (271) donec corruptis aere Suecis, (214) ipsum *Gramum* tolleret, efficeretque, vt rapto Sueciae regno, actum
Hispania. esset. (s) (276) *Hispaniam* vero, à THVBA-LE Iapheti filio, coli coeptam, verè praedicant Historici. (276) Hic, constabilito regno,
1799. (Ad. 845.) successores habuit complures, quorum tamen ingenium annales non narrant. (270) Ex his tres GERYONES fratres (t) notari solent, quos Hercules ad necem aduerberauit, (Ph. 321.) homo alioquin Aegyptius, (u) sed qui iniquum fore ducens, si suae ipse felicitati in mora esset, (281) fretum quod alioquin multos absterruit, (274) ne viaro pergerent, (x) superauit, à se Herculeum postea nuncupatum, seque regno obtrusit Hispanico. (107) Claudit ve-

(s) HVBNER. Hist. §. 11. p. 28. sq. (t) ob mutuam horum fratrum concordiam, à Poetis vnus tantum SERYON adpellatur, qui vero triplex habuerit corpus, Vid. NATAL. COMES Mythol. L. VII. C. 1. p. m. 688. Hinc *Alciatus*:

Tergeminos inter fuerat concordia fratres,
Tanta simul pietas mutua, & vnus amor.
Inuicti humanis vt viribus ampla tenerent,
Regna, vno dicti nomine *Geryonis*.

(u) Vid. TACITVS, annal. L. II. C. 60. STRABO L. 1. init. (x) Idem TACIT. de moribus Germ. c. 10. sq. p. m. 628.

-rum hic regum agmen HABYDVS, vti- Millenar. III.
n à Iunone Lucina nunquam adiutus, (282) 2872.
n huius tempore vltio diuina colonos adori-
r imparatos, (279) tantaque eos aquarum
ictaret penuria. (E. 42) vt malo huic reme-
m inuentum sit nullum, (277) nec quisquam
em ferre posset, (278) aut inter fluctus serua-
miseros. (278) *Daniam* GOMERVS II. Ia- Dania.
eti nepos, primus coluit, à quo Cimbria di- 1850.
. Primum Ducibus paruit, (Hec. 444.) vs-
e ad Danum regum principem. (Ad. 268.)
ulto demum post GRAMVS, haereditate im- 2910.
rium sibi adiungebat, (Ad. 268.) sed qui dis-
ssionem a GROA Sueca passus, (330) SIN-
EN, principem Finniae foeminam amplecti
aluit. (237) Delusus tamen, (y) ludum SVM-
LO, qui filiam Singen *Henrico*, Saxoniae prin-
ipi nuptum dederat, (141) reddidit, (275) spon-
amque rapuit. Adeo diuisi sunt tempori-
us hominum mores, (267) vt fidelem haud
erme mulieri inuenias virum, (266) paucique
int, quibus hic in portu nauigare liceat. (272)

Actus III. Scena II.

XII. Tu nihil inuita dicas faciasque Mineruа. HORAT. de arte Poet.

284. Quae ad futuram felicitatem esse adso lent signa, huic esse video. Ich halte dafür, daß man die Merckmahle, die das künftige Glück anzeigen, an demselben finde.

285. Qui & ipse ingenio est bono: Der sowohl von einer guten Art ist.

286. Et id datum sibi negotii putat: als auch das-

(y) HVBNER. Hist. P. III. p. 723. sq.

Mällener. III. dasjenige für seine Haupt-Verrichtung ansiehet.

287. Vt quid opus facto sit: Daß bey allem seinem Thun.

288. Non demum Magistrum imperare coram velit. Er nicht auf das scharfe Anhalten des Lehrers ankommen lasse.

289. Aut praeceptorem eo perducendum putet, vt metui debeat (z) Auch nicht allererst den Lehrer dahin bringe, daß man sich vor ihm fürchten müsse.

290. Sed qui suo consilio facit, nec impulsus, vt quid agat, habeat. Sondern der von freyen Stücken, und ohne Zwang sorget, wie er stets etwas zu schaffen habe.

291. Prorsus enim optimus quisque adolescens, amotam à se opinionem illam esse vult. Massen ein jeder redlicher Jüngling von derjenigen Meynung gar entfernet ist.

292. Adsimulari saltim oportere studium discendi. Man könne auch nur bloß zum Schein etwas lernen.

293. Ne tamen dolo id factum rescifcat Magister: Doch so, daß der Lehrer den Betrug nicht einsehen darf.

294. Aut moueri id in posterum diem posse. Oder auch, man könne den Fleiß bis auf Morgen sparen.

295. Quod quidem inuentum, vt falsum est, ita proh dolor! adolescentibus familiare. Welche Er-

(z) *Amore* enim erga litteras, non *timore* in Magistrum proficimus, & vt PLINIVS, L. VIII. Ep. 24. iudicat: longe valentior amor ad obtinendum quod velis, quam timor est. Sed & illud verum est, quod SENECA docet, L. II. de Ira, C. XIV. aliquando incutiendum esse his *metum*, apud quos ratio non proficit.

Erfindung, so betrüglich als dieselbe ist, so ge- Millaeus. III.
mein ist sie doch bey der Jugend.

6. O quam scitus saepe puer nascitur. O wie ein artiger Knabe wird oft gebohren.

7. Cuius caussa Deum quaesumus, vt sit superstes. Für dessen Leben und Erhaltung wir GOtt bitten.

8. Et cuius indoles impellebat initio parentes, vt crederent, sperarentque ab hoc se olim adiutum iri: Und dessen Art vermochte die Eltern zu glauben und zu hoffen, er werde mit der Zeit eine Stütze ihres Alters abgeben können.

99. Qui tamen spem hanc aperte suis fallere incipit moribus. Da er doch alle diese Hofnung, durch üble Aufführung zu vernichten anfängt.

00. Forte misere hunc amant parentes. Vielleicht hat man solchen Purschen mehr als zärtlich lieb.

301. Nec, si nolit, merito cogunt ad studia. Und da er zum Studiren keine Lust hat, man hält ihn nicht, wie billig, dazu an.

302. Hinc, dum otiatur, non tenet, quid erret? Dahero ob er gleich müßig ist, so will er doch nicht wahr haben, daß er unrecht thue, und sich betrüge.

303. Nec se pernoscit istis, qualis sit. Denn er kennet sich solcher Gestalt selbsten nicht.

304. Narrare tunc occipit forte Magister, officia (a): Wo nun der Lehrer ihme seine Schuldigkeit vor Augen darstellet.

305. Atque interminatur is, ne animus ab amore (b) in litteras abstrahatur: Oder, es zeiget dieser den Ernst, um die Sinnen des Knabens bey der Lust zum Studiren bey zu behalten.

306.

(a) CICER. de Amicit. Studium semper adsit, cunctatio absit. (b) PLIN. L. IV. Ep. 19. Versus quidem meos cantat (Calphurnia) non artifice aliquo docente, sed *amore, qui magister est optimus.*

Millener. III. 306. Extemplo iniuriam sibi fieri putat puer: Bald meinet der Knabe, es geschehe ihm eine Kürze und Unrecht.

307. Et qui in seriis vix mutire potest: Und der in ernsthaften Dingen kaum das Maul aufsperren kan.

308. Heic nulla illi garrulitatis incidit suspectio: Hier kommt er nicht auf den Argwohn, daß er zu viel geredet habe.

309. Id iam cape consilii, homo, vt sis sciens: Laß dir nun dieses rathen, so du verständig seyn wilt.

310. Numquam studia parui pende. Achte niemalens deine Studia zu gering.

311. Nec coniecturam vnquam facito: Es dünke dich auch nicht.

312. Pauca hic concurrere simul: Es käme allhier nur auf etwas weniges an.

313. Verba ii tantum dant Tibi: Diejenigen gehen nur mit Betrug um.

314. Qui putant, sapientiam inuitis, vt aiunt, canibus (c) adpari. Die da meinen, die Weisheit könne mit Zaudern erlernet werden.

Prouer. I, 20, 21. 315. Sapientia certe de via clamat: Die Weisheit ruft dir auf öffentlicher Strasse zu.

316. Iubetque, Te id, quod parato opus est, ad felicitatem tuam, maturè parare. Und will, daß du alles dieses, was dein Glück befördern kan, bey Zeiten besorgest.

317. Illud ergo Tibi nunc multò maximum sit: Dieses soll dir nun der vornehmste Gegenstand deiner Bemühung seyn.

318. Quemadmodum in tempore obuiam habere possis sapientiam: Wie du zu rechter Zeit die Weisheit erlangen mögest.

319. Quod vt fiat, da operam, vt quidquid opere-

(c) PLAVTVS in Sticho: Act. I. Stultitia est venatum ducere inuitas canes. Conf. ERASM. Adag. p. m. 250. sq.

is, sponte id fiat, et velut abs Te ortum eatur. (d) Damit nun solches geschehen möge dahin, daß der Grund aller deiner Verutungen in dir und deiner Selbst-Bemühung unden werde. Millenar. III.

Imitatio XIV.

ia Historiae Latinae, Britannicae et Germanicae.

Hist. profan.

on facile Te quis impulerit, vt credas, (298) Latini. Latinae Historiae primordia tam certa esse, ulla Tibi falsitatis incidat suspectio. (308) im, verba Tibi ab iis dari crede, (313) qui ios gentis *Aborigimum* (e) principes, IA-M, (f) *Saturnum*, Creta à filiis pulsum, *Pi-Faunumque*, abstractos ab hominum conditio- (305) Deorum naturam induisse narrant.) De LATINO demum Scriptores verius uid mutire sustinent. (307) Hunc vero tra-t, oraculo edoctum, scitam sibi nascituram 2739. em, (296) eamque nuptum peregrino viro m iri. (141) Opportune haec satis, AE-AE, Troia deleta, extorri, signa esse vi- Æneas. intur, (284) quae ad felicitatem futuram es-dsolent. (284) *Aeneas* (g) igitur, fortunam suam

E

OVID. II. de Ponto: *Sponte sua probitas officiumque iuuant.* (e) Oenotrii, patria sua Arcadia exsules, in Italiam Ao. M. 2350. duce Euandro venerant, qui, quod genti Latinorum auctores fuerint *Aborigines* dicti sunt, vt explicat DIONYSIVS Antiquit. Rom. L. I. C. X. Conf. SEXTVS AVREL. VICTOR, de origine gent. Rom. (f) De *Jano* et his, qui eum sequuntur, vid. VICTOR. l. c. init. (g) Vid. AELIAN. Hist. Var. L. III. p. m. 76.

Millenar. III. ſuam pietate adparari poſſe confiſus, (314) capto Ilio, id datum ſibi putabat negotii, (286) vt Deos penates Vrbe efferret. Graeci, pietate optimi viri adoleſcentis (291) viſa, atque hominem pernoſcentes, qualis eſſet, (303) non modo non interminantur profectionem Vrbe, (305) ſed ſimul imperant, (602) vt quod multo maximum ſibi eſſet, (317) periculo ſubduceret. (E. 525) Is, quod omnem auaritiae opinionem
Anchiſes amotam à ſe vellet, (291) de patre ANCHISE, humeris efferendo conſilium, abs ſe vnice ortum, (319) extemplo capit, (306) cuius quidem cauſſa Deos orabat, vt eſſet ſuperſtes. (397) Dolo id pio factum, quis quaeſo, dubitet? (393) Ita, quod parato ad mitiora fata opus erat, mature dum parat Æneas, (316) Italiam petit, ibique, quid facto ad regnum aſſequendum opus eſſet, (287) adgrediendum ratus, primum TVRNVM Rutulorum, mox MEZENTIVM Agilleorum
2769. rum regem, ſuae aemulos dignitatis, merito eò cogendos, ſi nollent, (301) eoque perducendos, putauit, vt metui debeat. (289) Habuit vero hic in tempore obuiam ſibi fortunam: (318) quippe idoneus *Latino* viſus, quem impenſe ac miſere amaret (300) (nam et ingenio fuit bono, (285) et adſimulare ſtudium placendi perdidicerat, (292)) *Lauiniam*, Latini filiam, Vxorem recepit: atque adeo, quam vix olim de regno obtinendo coniecturam, vel in ſomnis (225) facere poterat, (311) nunc firmam facit ſtabilemque. Nec poſt fata quidem ſpem ſucceſſionis,
2774. ASCANIO (h) debitae, fortuna fefellit. (299) Hunc Æneas in patria, eo tempore, dum non teneret, quid terrarum erraturus eſſet, (302) progenuerat. Huic frater, ex Lauinia nouerca SYL-
2812. VIVS ſucceſſit. Neque vero parui penden-
Britanni dae hoc loco ſunt *Britannorum* quoque origines. (310)

(h) Vid. SEXT. AVREL. VICTOR. Orig. gent. Rom.

(310) Non iuuat quidem in euoluendos veterum annales, nos coniicere: (351) neque enim rerum gestarum veritas de via nos acclamauerit facile. (315) Narrare tamen hic occipiunt, (304) ii, quibus inuentis falsis turpius nihil est, (295) BRVTVM seu *Britonem*, Syluii fratrem, post varias iniurias, quas sibi fata fecerant, (306) accessum ex Graecia in Albionem primum pertentasse, (364) regnumque ab eo 68. regum serie, per 1040. annos productum, fuisse constabilitum (i) (Ad 845.) Pauca heic quoque de Germaniae rebus concurrunt simul expedienda. (312) HERMANNVM ferunt Ingeuonis filium apud Teutones regnare occoepisse. (k) (304) cuius successoribus (l) regnum, plurima per saecula feliciter mouebatur protrahebaturque. (294)

Millenar. III. *2850.* *Germani.*

Imitatio XV.

MILLENAR. IV.

(Exemplum diuersi argumenti, iisdem phrasibus exprimendi, denuo exhibens.)

Elias et *Elisaeus.*

Saeculum I. *Historia Biblica*

Breuitatis forma, cuius spectatores vbique sumus, (E. 307.) merito nos cogit, (301) vt qui, qualaesue fuerint singuli Iudae Israelisque reges, (303) dissimulemus. (Ph. 396.) Pernosci ii possunt ex sacro quidem codice. (303) Exstan-

E 2

(i) Vid. PAVLVS IOVIVS, de rebus Britannicis. init. (k) Vid. SPANGENBERG, apud CALVISIVM, ad A. 2124. (l) Inter quos TEVTO, à quo Teutonia, ALEMANNVS, à quo Alemannia, Germania dicta. Conf. TACITVS, de Morib. Germ. init.

Millenar. IV. stantiora longe sunt celebrium duum-virûm fa-
Saec. I. ta, quam vt hos, veluti de via clamantes,(315) au-
Elias. dire vereamur. ELIAS, dum id datum sibi nego-
3038. tii putat,(286) vt quid reparationem Ecclesiae, si vnquam, nunc certe haud mouendam differendamque, (294) opus facto esset, (287) videret, primum quidem de Baalitis exstirpandis, salutare,
3041. et abs se simul ortum(319) capit consilium, (309) quod sciret probe, verba ab iis tantum populo dari, (313) ac omnia, quae facerent, dolo fieri. (293) Deinde experiundo edoctus, (Heau. 252.) in aula ACHABI, nulla prorsus dari signa, quae ad emendationem veram esse adsolent, (284) quin adsimulare potius regem pœnitudinem, (292) quoties interminetur Deus, (305) ne toties aperte falleret dolis; (299) facta quidem coniectura, (311) se vnicum ex cultoribus Dei veri esse superstitem, (297) depacisci mortem cupit. (Ph. 173.) Sed, quem non facile impulisses olim, hoc vt crederet, (298) vi-
3045. uus ad coelos prouectus est, biennio ante, quam *Homerus*, negotium moriendi sibi datum, (286)
Eliseus. perfecisset. ELISEVS postea, cui videbantur esse signa, quae oporteret esse ad tuendam vatis prouinciam, (284) quo mature metui posset, (289) pallium ab Elia deciduum, extemplo surripit, (306) vtque doceret, Magistrum iam imperare coram, (288) aquas Iordanis dirimit. Diuino deinceps consilio factum, vt quid ageret, habuerit. (290) Multa simul concurrebant vocationis indicia: (312) quis enim facile negauerit, dona heroica, successione adparari? (314) Reges is inprimis populi Dei, ad id, quod parato opus esset ad felicitandam mature rem publicam, hortabatur. (316) Mutire tamen in eum ausus est rex Israelis, (307) postquam ea
2.Reg. 6, 31. sibi incidisset suspectio, (308) quod publicam iniuriam, quam fames intulerat, vates faciat.

(306)

(306) Mira illius inuenta (295) si narrare occipias, (304) obuiam certe habeas prolixitatem, necesse est. (318) Illud multo maximum videtur, (317) quod puerum, scitum satis, (296) et à matre misere ac vehementer amatum, (300) è mortuis reuocauerit, matrique, vt bono adolescentem ingenio, (285) restituerit. (331) *Naemanem* quoque Syrum, priusquam teneret hic, quid erraret, (302) saluum praestitit, addito documento, quam prorsus à se opinionem, alienis collocupletandi sese bonis, amotam esse velit. (291) Postremo, cum annis 60. docuisset, morte beatissima, ab hominum abstrahitur commercio. (305) 3104.

Millenar. IV. Saec. I.

Actus III. Scena III.

XIII. Poenitentia seriò agenda.

320. Ausculta paucis, quisquis es, vt quid Te velim, scias: Höre mir ein wenig zu, daß du wissest, was ich dir rathen will.

321. Irae sunt fortassis inter Deum, et peccatum tuum: Es gibt etwan zwischen GOtt und deinen Sünden eine Widerwärtigkeit.

322. Et tam magnae, vt vereare, auelli Te à Deo prorsus posse. So gar, daß es zu befürchten sey, du mögtest von GOtt völlig getrennet werden.

323. Itaque, per ego Te Deum oro. So bitte dich, um GOttes willen.

324. Et per amicitiam, quae incepta à paruis, cum aetate accreuit simul: Und um der Freundschaft willen, deren Grund wir in der Kindheit geleget, auch solche immer cultiuirt haben.

325. Perque gnatum Dei: Ja, um des Sohnes GOttes willen.

Millenar. IV. Sec. I. 326. Cui seruandi tui potestas summa data est. Dem das höchste Vermögen gegeben worden, dich zu erretten.

327. Vt reducas aegrotum peccatis animum ad misericordiam Dei. Daß du deine, an der Sünde krank liegende Seele, zur Göttlichen Barmherzigkeit richtest.

Ebr. III. 13. Os. X. 12. 328. Et anteeas periculum, dum tempus datur. Und deinem ewigen Unglücke vorbauest, so lange es noch Zeit ist.

329. Huc ergo omnis opera tua redeat. Dahin soll nun all dein Fleiß und Bemühung gerichtet seyn.

330. Vt, si eueniat discessio, periculum facias illico: Daß, so bald du GOtt abtrünnig worden, du es alsbald etwas wagest.

331. Atque poenitentiam, quantum queas, vt matures (m) sicque animum Deo restituas. Und, so bald es möglich, Busse thust, mithin, deine Seele GOtt wiedergebest.

332. Neque tamen lacrumae sint tibi confictae dolis, vt ipsa res monet. Deine Buß-Thränen sollen aber, wie es die Sache selbst bezeuget, nicht Heuchlerisch seyn.

333. Quippe ex hac re plus mali est, quam commodi: Massen dieses mehr Schaden als Vortheil bringet.

334. His adeo rebus in commune consulere voluit Deus, mortalibus: Auf diese Art nehmlich wolte GOtt allen Menschen überhaupt helfen.

335. Qui vllum nobis in se commodum claudi noluit. Der uns an unserm Vortheil nicht wolte verhinderlich seyn.

336. Quin

(m) Qui poenitenti promisit indulgentiam, dissimulanti diem crastinum non spopondit. *August.* de poenit. nec quaerit Deus dilationem in voce cornicis, sed confessionem in gemitu columbino. Idem, in Psalm. 102.

336. Quin ipse Seruator, qui intimus est Dei consiliis, (n) optato sic Te venturum docet. Selbst der Heyland, welcher der geheime Rath GOttes ist, bezeuget, daß du also zur gelegenen Zeit kommen solt. Millenar. IV. Saec. I. Ioh. VI. 37. seq.

337. Num vero censes, faceret id, Patrem nisi sciret, eadem haec velle? Meinest du aber, er würde solches thun, wo er nicht wüste, daß eben dieses seines Vaters Wille sey?

338. Ita futurum est, vt ex tuis emergas te malis. Du wirst dich so dann aus deiner Seelen-Noth und Labyrinth heraus wickeln.

339. Dum libido Sathanae nocendi Tibi, tua occlusa fuerit poenitudine. Da die Satans-Tücken, dir zu schaden, durch deine Busse gedämpfet wird.

340. Et ipse Deus maximùm Te fecerit denuo. Und du wieder vor GOtt groß angesehen werden sollt.

341. Nimirum: *amantium irae, amoris integratio est:* (o) Massen der Streit und Mißverstand zwischen Liebhabern machet die Liebe desto vollkommener.

342. In rem haec tibi sunt omnino, vt dicantur. Es ist dir solches zu Hören und Lernen sehr nütze.

343. Immo velim, vt animum inducas tuum, vtilia et salutaria haec tibi fore. Ja du solt es vor eine nicht nur nützliche, sondern auch heilsame Sache ansehen.

344. Numquid enim fabulae? Ist dieses etwan ein Mährlein?

345. Profecto, sic potius est, vt si non credas, pe-

E 4

(n) Esa. IX. 6. μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. LXX.

(o) Vid. AELIAN. Hist. var. L. II. de Pausania Agathonem Poetam amante: *iucundissimum amantibus esse reperio, si ex contentione in gratiam redeant.*

Millenar. IV. Saec. I. periculum salutis feceris. Es ist vielmehr an dem, daß, so du es nicht glaubest, dein Heil müsse der Gefahr billig ausgesetzet seyn.

346. Periculum vero amittendae salutis in libero Dei fieri, graue est. Es ist aber ein Grosses, wenn die Probe, wie man sein Heil verscherzen könne, an einem Kinde GOttes angestellet werden soll.

347. Id quod prohibeat Deus! Da sey GOtt für!

348. Immo, discordant haec inter se, redemtum, damnari tamen: Ja, es reimet sich gar nicht, daß ein Erlöseter verdammt werde.

349. Coniungi denuo cum Deo, huiusque deuinci consuetudine, coniugium demum, vt sanctum, ita liberale est: Mit GOtt abermahl sich verbinden, und in dessen Gemeinschaft zu treten, macht die heiligste und honetteste Verbindung aus.

Imitatio XVI.

Hist. profana Assyriaca.

Sardanapali vices. Arbacis defectio.

Ipsa res monet, (332) vt reliquarum gentium res, hoc loco narrando anteeamus, (328) seriemque Historiae Assyriacae, cupido restituamus lectori. (331) Illud vero in primis in rem nobis est, vt dicatur, (342) ARBACEM, (p) Medorum praefectum, regiminis formam, ex qua quidem plus mali, quam commodi fuerit imperio hactenus, (333) prorsus immutasse.

Is

(p) Pharnacem hunc VELLEIVS PATER. L. 1. C. 6. vocat. Vide tamen GER. VOSSIVM, in notis Vellei, p. m. 13. vbi et orthographiam vocis *Sardanapalus* excutit.

Is enim, populo in commune consulturus, (334) illius, quae fatis non prohibentibus, (347) euenit, imperii à Nyni familia discessionis (330) auctor fuit. (E. 708) Hic vero intimus eius consiliis erat BELOCHVS, Babyloniorum Satrapes, (Hec III. 1.) oratus procul dubio, per salutem imperii, perque amicitiam, quae incepta à paruis, cum aetate accreuerat simul, (324) vt aegrotum prauis regum moribus regnum, ad quadrum reducendum, vna conaretur. (327) Horum igitur opera omnis huc redibat, (329) vt, cum SARDANAPALVS Imperator, (q) omnia imperii commoda, vna gynæcei consuetudine clauderet, (335) summae rei, dum tempus daretur, (328) potirentur. Faciunt periculum, (330) et quae fuerint inter viros principes, et effoeminatos regis mores, irae, (321) dissimulantes amplius ac celantes nihil, (32) indicant. Sardanapalo quidem seruandi sui potestas à fortuna primum data videbatur, (326) cum tribus praeliis *rbacem* coërceret. Postremo tamen salutis periculum facere cogebatur, (345) hoc grauius, (346) quod in vltimo posterorum Nyni id fieret. (346) Videns enim, non alias se ex suis his emergere malis posse, (388) animum eo inducit, vtile quidem fore, (343) si prius, ac hostis vrbis maturaret excidium, (331) ipsum se in medias flammas iniecisset. (r) Dant palmam consilio pellices, (Heaut. 576.) et re-

Millenar. IV. Saec. I.

3077.

Sardanapalus.

E 5 cor-

(q) Vid. DIOD. SICVL. 4. C. 25. sq. IVSTIN. L. I. C. 3. Virum fuisse mollissimum communiter scribitur, hinc et IVVEN. Sat. X. v. 362. Veneris, coenarum, plumatumque Sardanapali meminit. Conf. CICERO de Republ. L. 3. Quin et epitaphium illius, quod STRABO, L. XIV. p. m. 679. recenset, nihil honestioris exhibet. Additur tamen eodem loco, Anchialen et Tarsum vna die fuisse a Sardanapalo aedificatas. (r) Vid. ATHENAEVS, Dipnosoph. L. 12. C. 12.

Millenar. IV. Saec. I. cordatae, seu liberalis coniugii, (349) seu consuetudinis, qua sese regi deuinxerant, (349) in ignem et ipsae semet dant praecipites: (75) quo docerent, ne moriendi quidem ritu discordare inter se coniuges, (348) nec melius integrari amores solere, quam si communes fati iras experiantnr. (341) Ita miserabili Sardanapali fato, libido hostium, amplius illi nocendi, occlusa omnino fuit. (339) Sed et tum fabula fuisset *Arbaces*, (344) dum victor exstitit, nihilque destinationes illius, egregiis etiam confictae dolis, (332) profuissent, nisi tumescentes tunc profluentis Tygridis aquae, optato ei satis venissent: (336) his enim pars moenium auulsa, (322) fenestram ad intercipiendam Vrbem patefecit. (Heaut. 344.) In rem is Sardanapali casus vtrique fuit *Arbaces.* principum, (342) dum ARBACES quidem imperium obtineret, *Belocho* autem praefecturam Babyloniorum recte curandam, traderet; (12) hac tamen lege, vt faceret se maximum, (340) quidue eum vellet, paucis, sed serio, auscultaret, (320)

Actus III. Scena IV.

XIV. Sub crepusculum ne legito, aut scribito.

350. Cui per crepusculum in legendo scribendoue nulla est mora. Wer sich durch Demmerung vom Lesen und Schreiben nicht abhalten lässet.

351. Sed, dum aduesperascit, in legendos se libros coniicit: Sondern, da es Abend werden will, sich zum Lesen begiebt.

352. Illud nunc loci preci relinquat meae: Soll folgendes auf mein Begehren thun.

353.

353. (Consilium certe magis vtile, quam callidum est. Der Rath ist wahrlich mehr nützlich als spitzfindig:) Millenar. IV. Secul. I.

354. Vt ea gratia desistat ab opera: Daß er eben darum von seiner Verrichtung ablasse.

355. Quod multum hinc oculis eueniat mali. Weil hiedurch ein grosser Schaden den Augen zugefüget wird.

356. Ita enim, insperante se, ac inuito, praecipitem semet dat in lippitudinem: Denn es ist wahr, daß er ihme über alles Vermuthen das Augen-Weh zuziehe.

357. Immo plerumque recta hinc in caecitatis pistrinum via proficiscimur. Ja, man kan leicht darüber in das Elend, so die Blindheit nach sich ziehet, gestürzet werden.

358. Sic enim rem esse, exempla, si huc accersenda sint, passim docent. Denn, daß solches wahr sey, könnte man viele exempeln anführen.

359. Equidem studiis Te mancipari decet, non quod vulgus seruorum solet. Du solt zwar dein Studiren abwarten, nicht etwan, wie es die Knechte zu thun pflegen.

360. Qui ne irritent heros, operas simulando faciunt. Die nur darum, damit sie ihre Herrschaft nicht verdrüßlich machen, das ihrige zum Schein thun.

361. Tibi contra liberalis euenit seruitus: Du hingegen bist bey deinen Verrichtungen kein Sclaue.

362. Ergo non illico nullus es, si misso crepusculo, ad lucem feceris sedulo. So ist auch um dich nicht alsobald gethan, so du dir in Demmerung Ruhe schaffest, und aber beym hellen Lichte das deine desto fleißiger abwartest.

363. Sicque enitaris, vt in dies doctrina Tibi vberior adparetur. Mithin dahin trachtest, wie

Millenar. IV. Saec. I. wie du von Tag zu Tag gelehrter werden mögest.

364. Caue vero, existimes, deludi te hic à me dolis, aut diligentiam tuam pertentari: Doch denke nicht, daß ich dich hiemit täuschen, oder auch deinen Fleiß auf die Probe setzen will.

365. Saltim celare te nolui, habendam omnino iis esse fidem, qui dicunt: Ich habe dir wenigstens anzeigen wollen, wie diejenige recht haben, die da sagen:

366. Legentibus aut scribentibus, opportune solem fieri obuium: Daß es am bequemlichsten sey, bey hellen Sonnen-Schein lesen und schreiben.

367. Et quod non nil verear abs Te, ne quod librorum helluones solent, tu feceris idem. Dazu so besorge, daß du nicht hiebey das thust, welches die übermäßige Liebhaber derer Bücher zu thun pflegen.

Imitatio XVII.

Res Spartanorum Lycurgus.

Histor. prof.

3024 Merentur huc Spartanorum in primis res accersi. (358) His LYCVRGVS (s) leges dedit, in quas voluendas, reuoluendasque coniecti, (351) hoc maiorem adpararent sibi fortunam, (365) quo nulli esse solent, (362) quibus liberalis seruitus numquam eueniat. (361) Idem, vt doceret, non verbis aut dolis deludi ab se ciues, (364) auctorem legum Apollinem Delphicum simulauit, (360) cuius religione sese legibus manciparent, non quod vulgus seruorum solet, (359) qui ne irritent, operas faciunt vtcunque

(s) Vid. IVSTIN. III. C. 3. seq.

cunque, (360) sed liberaliter ac sedulo. (362) Auri et argenti vsum, sustulit, consilio non tam callido, quam salutari: (353) sic enim res est, (358) vt homines recta hinc via in scelerum quorumuis pistrinum proficiscantur. (357) Parsimoniam suasit cunctis, siquidem insperantibus nobis inuitisque, subinde praecipites demur in paupertatem. (356) Pueros puberes, agros prius colere iussit, quam eo enisterentur, (363) quo forenses iis honores obuii fierent; (366) quin vetuit eos simul redire prius, quam viros se agere posse, pertentauissent. (364) Maximum etiam honorem, non diuitibus, sed iis quos aetas aduesperascens, (351) fecit venerabiles, deferri praecepit. Neque vero illud Te celare heic volu-erim, (365) AGESILAVM, (t) septimum ex Heraclidis Spartanorum regem, illud loci prudentiae reliquisse, (352) quod cum per iusiurandum, in seruandis Lycurgi legibus, nulla Lacedaemoniis esset mora, (350) effecerit tamen, vt quae superesse potuerunt leges, aliquando non fuerint. Orto enim apud ciues animorum diffidio, (455) nonnil veritus de republica, (367) ne seruata lege, qua indemnati ad supplicium non accersendi (358) pronuntiabantur, multum rei publicae eueniret mali, (355) destitit ea gratia a lege; (354) quam tamen, posteaquam hi iustas dedissent poenas, (Ph. 632.) e vestigio restituit vicissim. (331)

Millenar. IV. Saec. I.

Agesilaus.

Actus III. Scena V.

XV. Dum tempus est, disce. (u)

368. Scelus sit, oportet, qui annos iuuentae perdidit. Es müsse ein grosser Thor seyn, der die Jugend-Zeit unnütze zugebracht.

369.

(t) Vid. VALER. MAX. L. VII. Extern. p. 362. (u) De iactura temporis egregie philosophatur Seneca L. I. Ep. I.

Millenas IV, Scen. I. 369. Nec aliud quidquam, quam crucem meritus. Und der nichts bessers werth, als daß man ihn zum Galgen anweise.

370. Hic periit semel. Dieser ist einmahl vor allemahl vor verlohren zu halten.

371. Atque id confiteri debet, iure sibi obtigisse: Wobey er gestehen muß, solches sey ihm billig wiederfahren.

372. Eos quippe, qui fortunas suas futili committunt iuuentae: Massen diejenigen, so ihr Glücke der eitlen Jugend anvertrauen.

373. Pretium, ob stultitiam, ferre opus est, miseriam. Müssen ihren Unverstand mit Elend büssen.

374. Ita inultum numquam aufertur tempus, quod perditur. So bleibt demnach die übel angelegte Zeit niemahls ungerochen.

375. Volunt quidam huic malo aliquam tamen producere moram: Dennoch wollen einige diesem Straf-Ubel Einhalt thun.

376. Si fiducia aetatis, aut fortunarum, negligentius studeant: So sie sich auf ihr zartes Alter, oder auch auf ihr Reichthum Rechnung machen, auch dahero träge zum Lernen sind.

377. Sunt vero hi nullius hominis consilii. Das sind aber Leute, die ihnen gar nicht rathen können.

378. Neque enim sic rem impeditam, et perditam restituunt: Indeme sie dennoch auf diese Art das schwehr zu erlangende ja verlohrne nicht mehr zurücke bringen mögen.

379. Quin impediunt se magis, quam expediunt. Ja, sie verstricken sich noch mehr, als daß sie schadloß werden solten.

380. Quid iam de Te feceris? id age sedulo, vnquam studium differas. (u) Was ist dir nun dei-net-

(u) Tolle moras, semper nocuit differre. — LVCAN. L. I.

netwegen zu thun? So thue nun den Fleiß dazu, daß du das Lernen niemals verschiebest. Millenar. IV. Saec. I.

381. O quam multi sunt, qui dum spatium studendi non habent, sero dolent: (x) O wie viele gibt es, die, da die Zeit zum Lernen nunmehro vorbey, beseufzen müssen:

382. Non se inuenisse quidquam iuuenes, quod incolumes facere poterat senes. Was massen sie sich in der Jugend nach denen Dingen nicht umgesehen, welche sie im Alter glücklich machen könnten.

383. Te certe, tibi praecauere ipsi, tempus iubet, recuperari nescium. Es lehret dich wahrlich die nicht wiederkommende Zeit, auf guter Hut zu stehen.

384. Id autem aliter vix feceris, quam si socordiae (y) euites malum. Solches kan aber nicht anders geschehen, als so du alle Trägheit vermeidest.

385. Et si forte suis Te impediat consiliis veternus, furcifer. Und so dich daran deine schläffrige Unart, mit ihrer Schalkheit hindern solte.

386. Teque, ex tranquillissima nauitatis libertate, in sordida pigritiae vincula coniicere velit. Oder auch willens ist, dich aus einer stillen Freyheit, als einer Frucht des Fleisses, in die Sclaverey der Faulheit zu versetzen.

387. Illico ad Te redi, & quod melius conduxerit tibi, dispice. Besinne dich alsbald, und nimm das vor, was dir dienlicher ist.

388. Cur per naturam infelix, nouum, inclinato ad vitia animo, de te supplicium sumas? Und da du überdiß von Natur unglücklich worden bist, was wilt du dich durch Neigung zur Untugend aber-

(x) O mihi praeteritos referat si Iupiter annos. VIRGIL. Æneid. L. VIII.

(y) Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudauit & alsit.
HORAT. de arte poet. l. fin.

Millenar. IV. Saec. I. abermals selbst verurtheilen, und dich noch unglückseeliger machen?

Hist. profana.

Imitatio XVIII.

Res Atheniensium, Corinthiorum, Tyriorum, Carthaginis incunabula.

Athenienses. *Athenienses*, incolumes se sub archontibus sat fore rati, (382) hanc regiminis formam, vt quae melius sibi conducere videbatur, (387) hoc quoque saeculo producunt. (375) Qua quidem re, num se expediuerint, (379) non est, quod inquirendum inueniendumque prorsus

Corinthii. putemus. (382) Apud *Corinthios* vero, post BACHIDEM, BACI, AGELAO, EVDEMO, atque ARISTODEMO, regia dignitas iure obtigit. (371) *Tyrii* de-

Tyrii. mum reges habuere ASTARINVM, quem frater suus *Phelles*, fiducia potiundi regni, (376) occidit. Sed tulit hic non multo post fratricidii pretium, sui videlicet perniciem: (373) quippe ab *Ithabalo*, Astartae Deae Sacerdote, caesus, comprobauit, inultam numquam auferri solere iniuriam. (374) Ex hoc *Isabel*, pro-

1052. les furcifera, nascitur. (385) Postea PYGMALION regnum occupat, homo, ex tranquillissima rerum, quas possidebat, libertate, in sordida tenacitatis vincula coniectus. (386) Namque Sororis insectatus opes, id agebat sedulo, (380) quo *Sychaeum*, maritum eius, eundemque Her-

Dido. culis Sacerdotem perderet. (368) DIDO, quid de se factura sit, (380) dum dispicit, (387) atque fratrem abominata, vt scelus, (368) dissimulato odio, (32) celatoque, cum aliud de tan-

1058. to facinore supplicium sumere non posset, (388) fugam de improuiso (180) pertentat, (364) illudque

iudque tempus deligit, quo praecauere sibi opportune posset. (383) Qua quidem re testata est, et foeminas non esse nullius consilii. (377) *Pygmalion* interea, dolo id factum esse rescifcens, (293) persequi fugientem cupit; produxere tamen conatui moram, (375) cum preces matris, tum deorum nutus. Ita, dum spatium elabendi habet *Dido*, primum quidem exsul cum sociis apud Cyprios in tectum receptatur, (Heaut. 838.) inde, dum fortunas suas futili committit nauigio, (372) ad Africae littus adpellitur. (z) (468) Hic demum, res suas impeditas oppido & perditas prope, restitui posse arbitrata, (318) emto loco, bouini corii, in frusta secti amplitudinem vix exsuperante, (Heaut. 761.) *Carthaginem* condit, (a) Vrbem reuera, si ad se illico redire didicisset, (387) nec tot gentis suae heroas, vt crucem meritos tractasset, (b) vrbium toto orbe facile principem. (Ad. 168.)

Millen. IV. Saec. II.

Carthago 3086.

Actus IV. Scena I.

XVI. Ingratus erga Magistros animus.

389. Satis credibile est, ac memorabile: Es ist billig zu glauben und zu merken.

390. Tantam plerisque discentium innatam (c) esse vecordiam. Wie vielen Schülern eine so grosse Thumheit angebohren sey.

F 391. Vt

(z) Vid. JVSTIN. L. 18. C. 4. 5. (a) vid. STRABO, Geogr. L. 17. p m 967. vbi Vrbem ipsam, illiusque vires describit. Initio belli Punici ciuium erant 700000; Vrbes in Africa habebant 300. (b) Vid. infr. de primo bello punico. (c) SENECA de Benef. L. III. c. 1. *Hoc prauitate naturae accidere quibusdam non negauerim.*

Miller. IV. Scen. I. 391. Vt sciant quidem ex incommodis docentium sua comparare commoda: Daß sie zwar wissen ihnen den Schweiß derer Lehrer zu Nutze zu machen.

392. Sed, vbi tempus est, promissa vt perficiant: Da es aber nun Zeit ist, daß sie ihr Versprechen erfüllen sollen.

393. Tum vero in denegando pretio, pudor apud eos sit nullus. Sich sodann nicht schämen, solches abzuschlagen.

394. Mox enim lactant, & falsa spe producunt Magistrum. Denn, bald vertrösten sie den Lehrer mit der erfolgenden Bezahlung, von Zeit zur Zeit, aber alles vergeblich.

395. Licet hic multis in malis fortunæ versari videatur. Obgleich dieser viel mit Unterhaltungs-Kummer zu schaffen hat.

396. Sicque docentis sortem ex suo spectant animo. Urtheilen also, von denen bekümmerten Umständen des Lehrers, nach ihrem Kummerlosen Gemüthe.

397. Alii, dum instare Magister forte non desinit. Andere, so der Lehrer seine Erinnerungen etwan wiederhohlet.

398. Necessariò se aperiunt. Geben sich völlig bloß.

Oec. VII, 15. 399. Atque tum multa Præceptori mala ingerunt. Und hängen dem Lehrer Kletten genug an.

400. Tum impudentissima eorum est oratio. Da bedienen sie sich ohne Scheu folgender Ausdrückungen.

401. Tu quis es? quis mihi es? nihil ad te, missum me fac. Wer bist du, was vor Recht hast du zu mir? Was gehe ich dich an? laß mich unangefochten.

402. Proximus sum egomet mihi. Ich bin mir selbst der nächste.

403. Ita ingratum hoc pessimumque hominum ge-

genus, inopiâ malisque doctorum gaudet. Auf welche Art dann diese lose und undanckbare Brut, über das Elend der Lehrer noch frohlocket. Millen. IV. Saec. I.

404. Multo minus vero dubitat, datam semel fidem soluere: vielweniger, macht ihr dieselbe ein Gewissen, ihr Wort zurücke zu ziehen.

405. Vbi hic, quæso fides est? Wo ist hie Treue und Glaube zu finden?

406. Præceptores quidem iniuriam hanc cum ingratis his non expostulabunt: Die Lehrer werden sich zwar über diese Undanckbahre nicht ungebärdig stellen.

407. Neque multum cum iis altercabunt. Werden sich auch mit ihnen nicht viel überwerffen.

408. Persuasi, animo nostro morem non semper esse gerendum. Weil sie glauben, wie es nicht jederzeit nach unserm eigenen Kopf gehen müsse.

409. Solida eos certe merces apud Deum manet. (d) Ihr bester Lohn ist wahrlich bey GOtt. Genes. 15. 1. Sap. 5. 16.

410. Ut qui aerumnas eorum nouit optime, respicitque miseros: Als welchem ihr Elend am besten bewust, und der sich ihrer stets annehmen will.

411. Hic, dum missos eos è pistrino fecerit Scholastico. Dieser, nachdem er sie von dem beschwerlichen Schul-Joche befreyet hat.

412. In eum restituet locum enecatos: Wird sie, als geplagte, an den Ort wiederbringen.

413. Vbi nec defatigatos se, nec deceptos noverint. Wo sie unermüdet sowohl, als unbetrogen bleiben sollen.

414. Sed vbi, superatis, quas praui iuuentutis mores iis confecerant, curis, solidum satis visuri sunt gaudium. Sondern, wo sie nach überstandenen Beschwernüssen, die sie bey mancher Un-

(d) *Horat.* Carm. L. 1. od. 28. — *multaque merces, Vnde potest, his defluit, aequo Ab Jove.*

Actus IV. Scen. I. Unart der Jugend haben einschlucken müssen, eine überaus wichtige Freude empfinden sollen.

415. O, si ingrati iuuenes dispicerent, quantis se, hanc ob rem, suus, quem circumgestant, carnifex, solicitudinibus excruciaturus sit! O daß doch die undanckbare Jugend bedencken möchte, wie sie hierüber endlich in ihrem Gewissen beschweret und gemartert werden soll!

416. Dignum certe factis exitium non potest his non dare Deus. GOtt muß das verdiente Verderben über sie gewiß kommen lassen.

Deut. 32.6. Prou. 17.13. 417. Vtpote, quem ingratis, iratum satis esse, verissimum est. Als welcher den undanckbahren gram und feind ist.

418. Caue igitur, periculum sic fortunarum adeas. Hüte dich nun, daß du nicht hiedurch unglückseelig werdest.

419. Aut de te exemplum capiant alii. Oder auch, daß nicht mit deinem Schaden andere klug werden müsten.

420. Edocti nempe, interturbatam ingrato tuo animo, tuam fuisse felicitatem. Indem sie belehret werden, wie der Undanck alleine, dein Glücke gehemmet habe.

421. Licet enim nihil ad forum ingrati actio. (e) Denn, obwohl man die Undanckbahren vor das Gerichte nicht zu fordern pflegt.

422. Deus tamen hominibus his succenset vindex. (f) So ist GOtt der die Rache selbst ausübet, sol-

(e) SENECA, de benef. L. VIII. c. VI. *Hoc tam inuisum vitium, an impunitum esse debeat, quaeritur, & an haec lex, quae in scholis* (vtinam) *exercetur, etiam in ciuitate ponenda sit, qua ingrati datur actio.* (f) SENECA, l. c. *Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, vbique improbatur. Neque absoluimus illud, sed odio damnamus, & inter ea relinquimus, quae ad VINDICES DEOS mittimus.*

solchen Leuten, desto gramer, und ungnädiger. Millen. IV.
423. Et cum non possit ad salutem converti hoc Saec. I.
malum alias: Und da du diesem deinem zu erwartenden Schaden nicht anders abhelffen kanst.
424. Quam si aduigiles, quomodo gratiam Magistris quam primum referas; Als durch mögliechste Sorgfalt, dem Lehrer, den verdienten Danck mit der That abstatten zu können.
425. Ergo, quid Magistro pro seruitio (g) debeas, dispice sedulo. So sehe nun darauf fleissig, wie du die Bemühungen des Lehrers gnugsam ersetzen mögest.
426. Conare, manibus, pedibus, noctesque & dies, vt illi complacere possis. Bemühe dich auf das äusserste, wie du seiner Liebe und Hochachtung würdig geachtet werdest.
427. Quod si istud hac non succedat, alia adgrediare via. Kan solches auf diese Art nicht geschehen, so versuche es auf andere Art.
428. Præter enim spem euenit sæpè, vt qui bene de magistris mereri nolunt, miseros se clamitent: Denn, es geschiehet oft über Vermuthen, daß die, so sich um ihre Lehrer nicht verdient machen wolten, elend werden müssen.
429. Non inuentum nunc demum tibi dabo, quod de *Cartome* scribitur: (h) Keine neue Erfindung ist es, was man von Cartome schreibet.
430. Eum, auctore Patre, capitis prope periculum adiisse, quod sapientes damnis iniuriisque adflixerit. Er sey auf Ansuchen seines Va-

(g) SENECA, de benef. L. IV. c. 16. vbi dum de fide & meritis Praeceptorum in discipulos, grauiter loquitur, ita concludit: *Ingratus sum, nisi illum inter gratissimas necessitudines diligo.*

(h) Vid. ÆLIANVS, var. Hist. C. vlt. p. m. 27.

Millen. IV. Saec. I. ters zum Tode verurtheilet worden, weilen er denen Weisen manches Unrecht angethan.

Hist. profan.

Imitatio XIX.

Historia Latii, Suecorum, Hispanorum, Danorum.

In Latio, post *Sylvium*, *Aeneam II*, *Latinum II*, *Albam*, *Capetum*, *Capym*, & *Calpetum*: TIBERINVS rex, (i) eo exstitit memorabilis, (389) quod maturius, vitae principatusque sui rationes interturbari videret: (420) quippe aquis mersus didicit, non inuentum id se primum dedisse, (429) fortuito quoque ex imperii pistrino misses fieri principes. (411) Credibile est, (389) *Tiberim*, (k) ex hoc Tiberini fato, suum sibi comparasse vocabulum: (391) quod vero parum vel nihil prorsus ad nos. (421) Sed nec AGRIPPA, Tiberini filius, iniuriam hanc cum diis expostulandam duxit, (406) quin ad fortunam conuerti hoc malum posse suam ratus, (423) fasces suscipit, filium relinquens ALLADIVM, manibus, pedibus, noctes diesque conantem, (426) quo aegre faciat superis. Hic certe eam innatam sibi prodidit vecordiam, (l) (390) vt, dum tonando succenseret hominibus coelum, (422) hic, veluti cum diis altercaturus, (407) ausu longe impudentissimo, (400) [vt genus hominum pessimum solet, (403)] militibus imperaret, telis clypeos vt quaterent, cum & sibi tonandi esset potestas: (332) imprudens scili-

Latini 3029. Tiberinus.

Agrippa 3037.

Alladius. 3078.

(i) Vid. LIVIVS. L. 1. C. 3. (k) Prius *Albula* dicebatur. SEXT. AVREL. VICTOR, de orig. gent. Rom. (l) Vid. SEXT. AVREL. VICTOR, de orig. gent. Rom.

ſcilicet, animum tonantis Dei, ex ſuo ſpectabat Millen. IV.
animo, (396) & ad ſuum ingenium compara- Saec. I.
bat. (E. 438.) Irati tamen auſibus his ſuperi, (417) dignum factis homini exitium dicunt, (416) conuerſis in Alladium fulminibus, quibus ictus experiri poſſit debeatque, quantas apud inferos ſolicitudines ſuus ſibi confecturus ſit carnifex: (415) edito nimirum documento, quomodo de perdito ſic principe, apud quem in ludificando Numine pudor fuerit nullus, (393) exemplum capiant reliqui. (419) Poſt hunc
AVENTINVS Rex, in iis fortunae malis ver- Auentinus.
ſabatur, (395) vt, dum bello inſtarent finitimi, 1096.
(397) circumuentus ab hoſtibus, capitis fortunarumque periculum adire debuerit, (418) ad montis ſepultus radices, cui ex ſe nomen dedit.

Apud *Succos*, REGNERVS, nouercae (m) Sueci.
iniuria, quae proximam ſe ſibi regnoque pu- 3031.
tabat, (402) errans, patria carere iubebatur. (A. 279.) Praeter ſpem illius tamen euenit, (428) vt *Svvanvvita*, Hadingi, Danorum regis filia, (n) formam nomenque diſſimulans ſuum, (32) in priſtinum eum locum reſtituturam ſe polliceretur, (412) ſi falſa matrimonii ſpe non ſe produceret, (394) daret autem fidem, numquam ſoluendam. (404) Et ſucceſſit ea via negotium, qua adgrediendum primum putabatur, (417) victoque *Frothone* I. Daniae rege, qui quo reſcinderetur coniunctio, aduigilauerat, (424) & perfectis vtrinque promiſſis, (392) ambo ſummae rei in Suecia potiuntur. Ita nonnun-

(m) Hanc OLAVS M. Hiſt. Sept. L. III. p. m. 108. *Thorildam* vocat, mulierem veneficam, & quae Regnero obſcoeniſſimas nocturnorum portentorum cateruas immiſerit. (n) Vid. HVBNER, Hiſt. P. III. p. 304. ſq.

Millen. IV. Saec. I. nunquam animo nostro mos gerendus est, (408) si diuino is nutu gaudeat. (403) Sed *Hispania*, *Hispani.* quam nunc demum respexerat miseram Deus, (410) superatis siccitatis aerumnis, (410) largis auri argentique laticibus, ex Pyrenaeo monte destillantibus, gauisa quoque est. (403) His naturae dotibus vicini exciti populi, turmatim in Hispaniam sese coniiciunt, (357) solido hoc vitae prorogandae fruituri gaudio. (414) Ex his, *Celtiberi* primum huc ex Gallia habitatum *Dani.* migrauere. (Hec. 501.) *Daniae* SVIBDAGERVS praefuit: qui qualis esset, necessario se aperuit: (398) cum enim Sueciam, quod complacitus fuerit senatui ac populo, consequeretur, (426) adhaec Noruegiae ad se rediret hereditas, (Hec. I. 2.) Daniam denique bello adortus, victor *Grami* exstitisset, experiebatur felix, solidam se laborum mercedem mansisse (409).

Actus IV. Scena II.

XVII. Vsus, optimus dicendi Magister. PLINIVS L. 6. Ep. 29.

431. NOn Apollinis magis verum, atque hoc *Secundi* (o) responsum est. Ein göttlicher Ausspruch kan kaum wahrhaftiger seyn, als was Plinius Secundus spricht.

432. *Difficile teneri ea, quae acceperis, nisi exerceas:* Es sey schwer, das was man gelernet, zu behalten, wo nicht die Ubung dazu kommt.

433. Ita, in omni studio, non nudis praeceptionibus,

(o) PLINIVS L. VIII. Ep. 14. Conf. *Ovid*, Art. A. L. II. sub fin.

Solus & artifices qui facit, vsus adest.

nibus, sed facto opus est: So kommts beym Studiren, nicht bloß auf Erlernung derer Regeln, sondern auf die Ubung und Nutz-Anwendung an. Miller. IV. Soec. I.

434. Atque id, vbi vbi fueris. Du magst seyn, wo du immer wilst.

435. Equidem, quo hic suus cuique genius impedimento esse soleat: Zwar, wie sehr verhinderlich allhier unsere Unart sey.

436. Quidue hic conetur naturae torpor. Und was allhier die natürliche Trägheit einem zu schaffen gebe.

437. Pluribus probatum reddere non opus est. Ist nicht nöthig, weitläuftig solches darzu thun.

438. Si te, inquit ille, amas, anime mi, noli te exercitiis macerare. Sie spricht, mein! ist dir deine Gesundheit lieb, so quäle dich nicht sonderlich mit denen Ubungen.

439. Aut tua te opera semper sollicitari misorum. Oder, was solt du dir selbst Beschwerden machen?

440. Ars quippe longa, (p) ideo dies, immo vita ipsa omnis, ad studia probe excolenda, vereor vt sit satis. Massen die Wissenschafften weiter gehen, als unser Leben.

441. Sed eho! tu impudens: non satis habes, quod tibi diecula addatur? Allein, du Unverschämter! Ist dirs nicht genug daran, daß dir hie und da eine Frist zum Ausrasten verstattet wird.

442. Qua exercitationi quiesci tantisper possis. Da du von deiner Arbeit ein wenig ausruhen kanst.

443. Et dum per nos stat, vt per exercitium nostra nobis adparetur eruditio. Und so es an uns

(p) Aphorismus I. *Hippocratis* ita habet: Vita breuis, ars longa: tempus acutum, experimentum fallax, iudicium difficile.

Mißen. IV. Scen. I. gelegen, daß man durch Ubung zur Gelehrsamkeit gelangen kan.

444. Id iam faciendum Tibi fuerit, in proclivi quod est. So muß du dasjenige thun, wodurch der Weg dazu gebahnet wird.

445. Alioquin tarditatis malum facile integrascit. Sonst wird man noch einmahl so träge.

446. Si, quo minus adsuefiat exercitio animus, velis: So man sich zur Ubung nicht verstehen will.

447. Est quoddam similitudinis genus, quod optume, & sua se hic offert sponte. Es gibt ein Gleichniß, welches sich hieher ganz wohl und ungezwungen schicket.

448. Quo, si per vnum Tibi adiurem Deum, vix adfirmauero certius. Wie ich dann bey höchster Betheurung nichts wahrhaftigers sagen kan.

449. Quam quod per diuturniorem stet requietem: Als, daß es wegen langwährender Verwilderung geschehe.

450. Quo minus ager incultus dudum, (q) quid ferat, habeat. Daß ein so verwildeter Acker keine Frucht bringen könne.

451. Quid iam faciendum Tibi? cedo: quod effectum Tibi reddendum? Was ist nun zu thun? Was zuwege zu bringen? Sage es her!

452. Si fructus ex studiis opperiare: Wo du den Nutzen von deinen Studiis abwarten wilt.

453. Ergo, quaecunque tuis impedimento sunt exercitiis, hinc sese amoliuntur, necesse est. Alles nun, was deiner Ubung zuwider, muß sich von dannen hinweg packen.

454. Mens cum ore, ars cum exercitio, conueniat. Der Verstand muß mit dem Munde, die Kunst mit der Ubung concertiren.

455. Valeant, qui inter haec duo dissidium volunt:

(q) Fertilis adsiduo si non renouetur aratro
Nil, nisi cum spinis gramen habebit ager. *Ovid*, Trist. L. V. eleg. 12.

lunt: Weg mit denen die beydes von einander trennen wollen. Millen. IV. Saec. II.

456. Hæc, nisi mors, adimat tibi nemo: Dieses soll dir niemand, als der Tod alleine, benehmen.

457. Et licet tibi scias capiundos inimicos, saeculi mores: Und ob dir gleich darüber die Welt-Art feind und gram werden sollte.

458. Tu tamen vacuum semper se ad defungendum officio hoc esse credas: So nimm dir dennoch Zeit solches zu beobachten.

459. Matura igitur, & si errasti hactenus, fac, vt resipiscas: Thue es beyzeiten dazu, und so du hierinnen gefehlet, so ändere deinen Sinn.

460. Initium tibi hinc fortunae tuae incipiet. Es soll hiemit dein Glück seinen Anfang gewinnen.

461. Alioquin, tibi id habeas ipsi, si spretis salutaribus consiliis, in mœrore te esse, experiare. Sonst schreibe dirs selbsten zu, woferne du dich nach verworffenem guten Rath, in eine Bekümmerung setzen wirst.

Imitatio XX.

Saeculum II. Hist. Bibl.

Saeculum Prophetarum, Jerobeam, Amasia, Vsia.

Non exiguo in mœrore prioribus temporibus Ecclesia fuit, (461) postquam JEROBEAM, turpem collati sibi regni effectum redderet, (451) profanam puta colendi Deum rationem, immedicabili paene, recto cultui diuino futuram impedimento. (453) Qua quidem opera longe infelici, Israel ad peccandum sollicitatus fuit, (439) suo tamen damno reddidit probatum, (437) facile teneri ea, quae acceperis, si fa-

Millen. IV. faciat, vt exerceantur. (432) Nunc autem, li-
Saec. II. cet integrascere prorsus videretur malum, (445)
Achab. sub impudente ACHABI, successorumque prin-
3025. cipatu, (441) stabat nihilominus, per toties, frequentatas vitae morumque institutiones JONAE, a) OSEAE, b) JOELIS, c) AMOSI, d) ESAIAE e) atque MICHAE, f) (443) quo minus ager Ecclesiae, quid ferret, nihil prorsus habuerit. (450) Sed pluribus animum his tuum macerari nolim: (438) dies enim, rebus Prophetarum heic persequendis, vt sit satis, vereor. (440) Cedo jam, quid hac tempestate in politia Iudaica factum gestumque sit?
Amasias. (451) Vacuum me credo ad res AMASIAE re-
650. Immo, transactum iam prorsus negotium: **Oder gar, wie die Sache bereits vollbracht worden.**

651. Alter, diuitias sibi obtigisse per somnum videt: **Einem andern daucht, es sey ihm ein grosses Reichthum zugefallen.**

652. Sed dum euigilant hi, vident, quid illud gaudii fuerit: **Da man aber erwachet, so siehet man, wie diese Freude beschaffen gewesen.**

653. Nec iam putant hoc verum, licet lubeat sibi

(m) Horum primus fuit *Creon*. vid. VELLEI. PATERCVL. L. I. C. 8. et AELIAN. L. V. C. 13.

bi verum id esse: Denn da haltet man es nur vor einen falschen Wahn, ob man es zwar vor wahr gerne ansehen wolte. Miller. IV. Saec. III.

654. Quis iam homo est, qui nesciat, id sibi obtingere in vita, quod meminit euenisse sibi per somnum. Wer ist nun, der es nicht wisse, wie das menschliche Leben nach Art derer Traumenden geführet werde.

655. Nimirum, sunt fortasse, quibus in tempore laetius aduenit adeò fatum: Es gibt nemlich Leute, die zu gelegener Zeit ein gütiges Schicksall dergestalt angelachet.

656. Vt solos se, quos diligat Deus, putent: Daß sie sich vor die Glücks-Kinder alleine halten.

657. O factum quidem bene! Solches ist zwar gar recht!

658. Sed vix mora vlla est. Es vergehet aber kaum eine Weile.

659. Iam stant, iam cessant, iam animus stupet: So stehen sie in ihrem Gemüthe ganz erstarret und ausser sich.

660. Ad tristia, quae in rebus secundis euenire possunt, respiciendo: Indeme das Gemüth bey aller Freude auf das Wiedrige zurück dencken muß.

661. Vt pateat, *numquam in hac vita adeo solide nostra nos gaudere posse gaudia:* Damit es kund sey, wie man in diesem Leben niemals so vollkommene Freude zu geniesen habe.

662. *Quin aegritudo saepè gaudiis nostris intercedat:* Daß nicht eine Unruhe und Bekümmerniß darzwischen kommen müste.

663. Sed neque tam proprias nobis esse voluptates. Und wie das Wohl-Leben keines Menschen so eigenthümlich sey.

664. Vt sempiternam vitam hanc, illiusque delicias nobis esse arbitremur. Daß man meynen könnte, solches Vergnügen müsse unaufhörlich seyn.

665.

Millen. IV. Sec. III.

665. Beatos iam eos, qui Deum summum sibi amicum tum experiuntur! So sind nun diejenigen glückselig, die der Liebe GOttes dazumahl meistens versichert sind.

666. Dum alii, qua carnem, salui sunt, plauduntue: Wenn es andern wohl gehet, und da sie sich fein lustig machen können.

667. Ipsi contra prouisunt, quaenam sit via crucis: Sie hingegen ihren Augenmerk auf den Weg des Creutzes richten.

668. Eo deducens, vbi immortalitas cunctis, cum fato confligantibus aspero, parta est. Der die Creutzträger dahin führet, wo sie die Unsterblichkeit geniessen sollen.

Imitatio XXVIII.

Res Corinthiorum, Macedonum, Lydorum.

Hist. prof. Corinthii. 3215.

Apud *Corinthios*, *Archias* et *Myscellus*, negotium ab oraculo sibi oblatum, transigunt; (n) (650) dum ille Syracusas, (o) hic Crotonem conderet, partamque sibi hoc modo immortalitatem nominis, vterque consequeretur. (668) Ipsi vero *Corinthii* sub *Prytanibus* hoc aeuo salvi

(n) Vid. STRABO, Lib. VI. p. m. 302. vbi *ferunt*, inquit, *Delphos aduenisse Myscellum & Archiam, consulendi oraculi gratia. interrogatosque à Deo, diuitiasne mallent an sanitatem; Archiam diuitias sibi optasse, sanitatem Myscellum, Deumque illi vt Syracusas, huic vt Crotonem conderet mandasse. Et quidem Crotoniatis euenisse, vt salubrem incolerent Vrbem, Syracusanos vero eo opulentiae progressos, vt de ipsis quoque vulgatum sit prouerbium quod in nimis sumptuosos diceretur, eos ne decimam quidem Syracusanorum possidere.* Conf. ERASM. Adag. Chil. 2. Cent. 4 p. m. 467. (o) expulsis prius insula Siculis. Vid. THVCYD. L. VI. p. m. 418.

vi erant, (666) donec CYPSELVS, tam pro- Millen. IV.
priam sibi summam rei administrandae arbi- Saec. III.
traretur, (663) vt non dubitauerit iniquam in-
vadere tyrannidem: quam etiam, dum fortu-
nam summam experiretur amicam, (665) per- *Prytanes.*
petuos 30. annos obtinuit. In *Macedonia* vero
hac tempestate PERDICCAS (p) prouisebat,
(667) quomodo regnum vel ipse sibi, vel po- 3298.
steris constabiliret. (Ad. 845.) Videns enim,
more hominum, vt iam iam decedat de vita *Macedones.*
(Heaut. 36.) euenturum sibi, (645) ARGE- 3315.
VM filium, vt quid se vellet, (636) re ipsa
rescisceret, (647) accersi iubet, eique isthoc
negotii dedit, (639) vt si sempiternam re-
gni hereditatem conseruatam vellet, (664) cer-
to patrem tumulo conderet, eoque successo-
res quoque statueret operiendos. (Heaut. 811.)
Et forte ideo series regum, extincto Alexan-
dro M. interrupta, gloriae ac perpetuitati re-
gni Macedonici intercessit, (662) quod is huic
quidem tumulo illatus non fuerit.

Quaedam iam mora fuerit, (658) de rebus
Lydorum pauca dicendi. Celebrantur ex Hera- *Lydi.*
clidis *Ardisus*, *Halliates*, *Meles*, ac denique CAN-
DAVLES: ad cuius vero imprudentiam, iam 3281.
stet, iam cesset, iam stupeat animus, necesse
est. (659) Suo is didicit damno, numquam
in hac vita adeo solide coniugii gaudia gau-
dere quemquam posse, (661) quin aegritudo
animi, siue in tempore, (655) siue de im-
prouiso, (180) aduenire soleat. Dum enim
GYGI, (q) inspiciendae coniugis suae co-
piam daret, (Eun. 22.) vt quam forte som-
niauerat formae elegantiam, vigilans quoque
videret, (646) non modo Glycerii suae (649)
honestatem turpiter illusit, (552) sed & illud
euenisse sibi mali expertus est, quod vel som-
nias

(p) Vid. IVSTIN. L. VII. C. 2. (q) Vid. IVSTIN. L. I. C. 7. et HERODOT. L. I. p. m. 4. sq.

Millen. IV. Saec. III. nians nacturus fuisset nunquam. (648) Tardius quippe euigilans, caede sua comprobavit, (r) quid illud sit gaudii, (652) quod ex imprudenti eorum, quos diligimus, (656) aestimatione proficiscitur, (s) quamque ii, quos summos tibi expertus es amicos, (665) vinctos se amicitiae nexibus (644) haud profiteri soleant amplius. Ita Gygi regnum obtigit Lydorum, (651) id quod euenturum sibi oraculo monitus, meminerat. (654) Somniat tamen is, (649) cui ex PLATONE, CICERONE ipsoque ERASMO admirandum annuli Gygis (t) beneficium eruere lubet. (653) Sed ad praeclariora, in rebus minus frugi (E. 349.) respiciendum nobis est. (660) Nempe saeculo iam praecipite, *Byzantium* (u) conditur. Factum id quidem bene, (657) sed quo demum Turcarum dominationi medicatum fuerit maxime. (610)

Gyges. 3219.

(r) in sopitum impetus datus, iubente Candaulis vxore. HEROD. l. c. (s) prae amore enim arbitrabatur omnium foeminarum esse pulcherrimam. HEROD. l. c. At, *adulter est vxoris amator acrior. Publ. Syr.* in mimis. (t) Quomodo Gyges annulum hunc reperierit illiusque ope minus videndum se praebere potuerit, vid. CICERO, de Offic. L. III. C. 9. vbi vero addit; *hunc ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet: honesta enim bonis viris, non occulta quaeruntur.* Vberrime PLATO, de republ. Dialog. X. add. ERASM. Adag. Chil. I. Cent. I. p. m. 57. (u) Hoc Graeci, duce *Byzante Megarensi* condiderunt, iussi ab oraculo sedem quaerere, caecorum terris aduersam, eo quod Chalcedonenses prius illuc adpulsi, locorumque commoditatem non assequuti, peiora elegissent, vt refert ATHENAEVS. Ceterum, veteris huius Byzantii descriptionem ex DIONE vid. apud ZONARAM, Annal. Tom. III. p. m. 84. a.

FINIS ANDRIAE.

Millenar. IV. Saec. III.

PVBLII TERENTII

EVNVCHVS.

PROLOGVS.

XXVI. Omnibus placere difficile est. (x) Solon, et Demosth.

1. Is ne erret, moneo. Derjenige, betrüge sich ja nicht.
2. Qui placere se studet omnibus: (y) Der allen zu Dank leben will.
3. Saepe viri graues, cum silentio animaduertunt: Oft müssen redliche Leute unter der Hand erfahren.
4. Dici quid in se tum vero inclementius. Wie man von ihnen hie und da etwas anzügliches rede.
5. Dum vel minime laedere quemquam volunt. Da sie sonst keine Seele zu verletzen gesonnen sind.
6. Hic, ex Christiano bono, ciuem facit non bonum. (z) Dieser tadelt bey einem sonst frommen Christen die bürgerliche conduite.

Plutarch in *Solone*: Omnibus in magnis, difficile est, placere.

7. Ille

(x) Ex *P. Syrus* in mimis: Multis placere qui cupit, culpam cupit. (y) Nulla magis omnibus displicent, quam quae sic fiunt, tanquam omnibus placeant. *Plinius* Panegyr. C. 76. (z.) PVFENDORF. de Officio hom. et civ. L. II. C. V. §. V. p. 295. *multi per totam vitam mali ciues et animalia non politica manent.* Quomodo tamen bonus Christianus, bonus quoque ciuis esse possit, vid. Herm. Vitsii Theol. Prast. C. 30. p. m. 818. sq.

Millianar. IV, Scen. III. 7. Ille, defuncto licet suis partibus, Jener, ob man gleich seine Pflicht beobachtet.

8. Est tamen, quod dicat alteri: So hat er dennoch was daran auszusetzen.

Matth. 13, 5. 9. Et, si nec ipse Seruator, in his, qui cunctis placent, nomen potest profiteri suum: Und da auch so gar unser Heyland sich nicht unter die, so allen gefallen mögen, rechnen kan.

10. Nec ipsum Iouem desinat lacessere vulgus, seu pluat, seu sit serenus: GOtt auch, er mag regnen lassen, oder schönes Wetter schaffen, doch niemals dem Pöbel zu Dank thun kan.

11. Quid habiturus est homo, quod sibi condonetur facile? Was soll dem Menschen leicht etwas zu gut gehalten werden?

12. Profert aliquis in publicum quidquam. Läßt jemand etwas durch den Druck ausgehen.

13. Vel verba creditur tantum dare. So muß er entweder ein unnützer Wäscher und Betrüger seyn.

14. Vel nihil dicere, quod non dictum sit prius. Oder man fällt das Urtheil von ihm, er habe nur das alte aufgewärmet.

15. Pergit forte gloriosus miles strenue rem gerere suam: Will etwan ein heldenmüthiger Kriegs-Mann seine Sachen tapfer ausführen.

16. Ita vt facere instituit: So, wie ers ihme vorgenommen hat.

17. Mox suspicari hos, alios merita odisse sua videt. (a) Bald fällt er in einen Argwohn, bald beneidet man ihm sein Braveur.

18. Quin et colaces ipsi. Ja so gar die Schmarotzer.

19. Personam parasiti scite alioquin acturi. Die sich doch bemühen, ihre Schmarotzer-Possen wohl zu spielen.

20. Ve-

(a) Quomodo *Piso*, quin et *Tiberius* ipse, virtutem *Germanici* perosus fuerit, Vid. *Tacit.* an. L. II, C. 69. sq.

20. Veterem hanc ludunt fabulam: Bekräfftigen es mit ihrem Exempel. Millenar. IV. Saec, III.

21. Quod vbiuis peccent imprudentia. Daß sie durch ihre Unvorsichtigkeit, den Beyfall oft verliehren.

22. Dum ergo inspiciundi saeculi copia tibi est. Da dir nun vergönnet wird, die Welt-Art in etwas einzusehen.

23. Disce multa bene verti, sed describi male: So lerne, wie vieles zwar wohl entworffen, aber übel ausgedeutet werde.

24. Aut verti male, quae bene fiunt. Oder auch, wie manches übel ausgeleget werde, welches doch aus aufrichtigem Betragen geschieht.

Imitatio XXVIIII. *Hist. prof.*

Res Romanorum.

ROMVLVS, licet boni Principis defungeretur partibus, (7) neque tamen in his nomen suum profiteri potuit, qui cunctis placent. (9) Erat quippe, quod patres inclementius in eum dici posse statuerent, (4) forte quod merita illius suspicari, mox odisse videbantur. (17) Gratior tamen populo fuit, cui placere se studebat maximè. (2) Prolatis interea in publicum operibus immortalibus, (12) cum gloriosum alioquin militem Romanum recensere institueret, (15) denso opertus nimbo, omnium subductus oculis est. (525) Erant, qui 3235. ex rege Deum Quiritem (b) factum esse contenderent, (6) *Proculi Julii* concione moti, cui Romulus cœlo delapsus, inspiciendi sui copiam dederit. (22) Verba tamen hi forte dant, (13) personamque parasiti Romani potius scite agunt,

(b) LIVIVS L. I. C. 16.

Millen. IV. (19) quam veri Historici. Discerptum fuisse,
Saec. III. veteremque cum eo lusam fabulam, (20) sunt qui perhibent. (c) Non multo post, interrex, conuocata concione, ne quid imprudentia aut cunctatione peccetur, monet.(21) NVMA ergo
3236. POMPILIVS, ex ciue quidem bono non deterior fit princeps. (6) Nihil hic fere habebat, quod condonari sibi potuisset, (11) quia nihil dixit fecitque, quod non prius dicendum faciendumque putarent Patres. (14) Orsus à religionibus imperium, didicit, plurima, quae fecisset, bene versa. (24) Et quia Iouem lacessere, summam statuebat improbitatem, (10) principatum ita gessit, vt ad commendationem sui colacibus eguerit numquam. (18) Is tamen ne
3279. erret moneo, (1) qui putat, sublato eiuis *Numa*, TVLLVM HOSTILIVM, ita cuncta fecisse bene, vt versa male non fuerint: neque enim tantum *Numa* dissimili studio fuit, (Ad. 28.) sed Romulo etiam ferocior. (d) Sed nec cum silentio animaduertendum est, (5) Albam, parentem suam, ab eo direptam.

Actus I. Scena I.

XXVII. Dum conaris aliquid, te simul, et ea, quae paras, metire. (e) SENEC. de Ira L. 3. C. 7.

25. Si, quod incepisti, nauiter etiam pertendere velis. So du das, was du dir vorgenommen, fleissig und ungehindert hinaus führen wilt.

26. Ita

(c) LIVIVS l. c. *Plut.* in Rom. (d) LIV. L. 1. C. 22. et C. 29. FLORVS L. 1. C. 3.

(e) Sumite materiam vestris, qui scribitis aequam;
Viribus, et versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. *Horat.* de arte Poët.

26. Ita te compares velim. So must du also beschaffen seyn. Millene. IV. Scc. III.

27. Vt sentiat labor onus tuus, qui vir sis? Daß deine Geschäffte einen gantzen Mann an dir finden mögen.

28. Actum quippe est, reque infecta Tibi discedendum fuerit. Sonst ist alle Mühe und Arbeit verlohren.

29. Si molestias, quas occupatio habet, non tantum vix ferre queas: Wo du nicht nur deinen Geschäfften nicht gewachsen bist.

30. Sed addas etiam moras Tibi, mentis imbecillitate. Sondern dir auch eine neue Ungelegenheit und Verweilung mit deiner Unerfahrenheit zuziehest.

31. Grauiora enim, & incerta, quam quae ferre possis, si postules certa perficere ratione. Denn, so du Dinge, die weit wichtiger sind, als daß du solche ausführen kanst, zuwege bringen wilt.

32. Nihilo plus agis. Du thust eben so viel.

33. Quam si des operam: Als wenn du dich bemühen woltest.

34. Vt cum ratione insanias. Mit Vernunft etwas unvernünftig zu handeln.

35. Nec suffecerit, terere misere stilum: Es ist auch nicht genug, die Feder mit vieler Beschwerlichkeit zu führen.

36. Vix vero, etiam vi, exprimere quidquam. Und dennoch kaum etwas mit Gewalt heraus zu bringen.

37. Proin, vt ne eludat Te temeritas tua. Damit du nun nicht dem Vorwitz selbst zum Gelächter werdest.

38. Vbi Te victum fore senserit. Sonderlich, wo deine Unvermögenheit zum Vorschein kommen sollte.

39. Etiam atque etiam cogita, quid humeri tui

Millenar. IV. Saec. III. ferre possint. (f) So siehe wohl zu, was deine Kräfte vermögen.

40. Quae enim res, in se, neque consilium neque modum habet vllum: Denn, wo einer Sache weder mit Rath noch That abgeholfen werden kan.

41. Eam consilio regere, quomodo potueris? Wie wilt du solche mit Bedacht und Beyfall führen?

42. Aut forte mauis prudens sciensque Te affiictare. Oder, wilt du etwann vorsetzlich dich abmartern.

43. Accersuntur quidem plerique ingenii felicitate vltro ad conandum. Viele werden zwar zur Ausführung einer Sache, von ihren Gemüths-Gaben gezogen.

44. Vt mori se malint, daß sie lieber sterben wollen.

45. Quam vltro socordiae criminis accusari. Als, daß man sie einer Trägheit beschuldige.

46. Fit vero hoc, quod captum disciplinarum dulcedine animum, aliter redimere nequeant. Dieses geschieht aber daher, weil sie den mit Vortreflichkeit der Wissenschaften eingenommenen Sinn, nicht anders begnügen können.

47. Cauereque velint, ne commodum, quod ipsi inde capere possint, intercipiat alter. Und weil sie verhüten wollen, daß ihnen den Vortheil, den sie daraus zu ziehen gedenken, ein anderer nicht benehme.

48. Et quoties, quaeso, iis, qui amore, praeclara quaeuis moliendi, ardent, contigit: Und wie oft wiederfähret es doch denen, die da durch ihre

(f) *Senec, de tranquill. C. V. AEstimanda sunt ipsa quae adgredimur & vires nostrae cum rebus, quas tentaturi sumus, comparandae: debet enim semper plus esse virium in latore, quam in onere,* cet.

ihre Schriften etwas wichtiges auszuführen gedenken. Millenar. IV. Saec. III.

49. Vt quae *in amore insunt vitia*, hic quoque sese prodant. Daß sich die Umstände, worein oftmals die Verliebten gerathen, auch allhier äussern müssen.

50. *Iniuriae, suspiciones, inimicitiae, induciae, bellum, pax rursum.* Da bald eins wider das andere Wort- und Feder-Kriege führet, bald wiederum über einer Streit-Sache einig wird.

51. Verbo: pruritus ille, euulgandi libros, multorum fundi calamitas exstitit. Mit einem Worte: Es hat die Begierde zum Büchermachen manchen zum äussersten Verderben seines Hauses gebracht.

52. Ergo tecum cogita, quid et tibi prosit, & rei litterariae suadeat vtilitas. So überlege nun reiflich, was sowohl dir, als auch der Gelehrten Welt nützlich und vortheilhaftig seyn mag.

Imitatio XXX.

Hist. prof. 1252.

Regnorum Septentrionalium et Hispaniae res.

IN *Suecia* HOTTERVS & RODERICVS SLYNGEBANDVS, diuturno suo principatu (g) docuere, quomodo principes ferre queant molestias, quas imperium habet. (29) Sensit et *Dania*, qui vir quantusque fuerit vterque (27) *Hotterus* (h) quidem Svvanhuitae nepos, ad vtrum-

I 4 que

(g) Ille 78. hic 84. annis regnauit, vid. HVBNER. Hist. P. III. p. 911. & p. 738. sq. (h) Vid. OLAVS M. Hist. Septentr. L. III. p. m. 109. vbi de caede quam Hotterus Satyro Memmingo intulerit, loquitur.

Millen. IV. que regnum administrandum accersebatur, vltro, Saec. III. (43) Filius tamen suus *Rodtrici*, *Herdendilli*, *Feggonis*, et *Amlethi* mutuis odiis, suspicionibus ac bellis (50) affictabatur. (42) Et quamquam *Herwendillus*, Hotteri gener, captum regni dulcedine fratris *Feggonis* animum morte immatura redimere debuerit, (46) neque tamen vel induciae secutae, vel pax rursum fuit. (50) *Feggo* interim, infecta pace, (28) dum quod inceperat, nauiter pertendere vult, (25) *Amlethi* dolo eluditur. (37) Hic enim, dum incerta, certa perficere studet ratione, (31) dabat operam, (33) vt cum ratione insanire videretur. (34) Quo dolo cum

Carthaginenses, 3886. victum Feggonem sensisset, (8) flammis adurit incautum. (Ad. 452) Sed celebris *Carthaginensium* gens, mori se malle secum cogitans, (44) quam vltro socordiae accusari, (45) colonos in Hispaniam mittit. (52) Hi primum Insulas Baleárides occuparunt. Sed cum forte fundi calamitate pressi, (51) terere quidem misere agros, (35) vix vero quidquam, etiam vi, exprimere possent, (36) in continentem Hispaniae oram sese proruunt. (312) Forte *Phoenices* (i) ea tempestate ita se comparauerant, (26) vt dum *Gaditanos* subiugare sibi vellent, nihilo plus agerent, (32) quam rem, quae in se neque consilii satis, neque modum habuerit vllum, (40) Ad tuendam ergo caussam suam iam consilio iam auxilio aduersus veteres incolas, dum accersunt Carthaginienses, (43) sero didicerunt, cauendum esse, ne commodum, quod ipse capere possis, intercipiat alter. (47) Appulsi quippe ad littora, Poeni, illico amore prouinciae ardere incipiunt, (48) et quod in primis in amore inest vitium, (49) habendi libidinem, et produnt & consummant. Adeo interest, etiam atque etiam cogitare, (39) cui Te credas; alioquin actum est. (28)

Actus

(i) Vid. HVBNER. Hist. P. II. p. 45.

Actus I, Scena II.

Milen. IV. Sec. III.

XXIII. Munia vocationis sincere obeunda.

53. Animum ad tuendam prouinciam adjecisti. Hast du eine Amts-Verwaltung angetretten.
54. Num recta huc introeas vide. So siehe zu, ob du ordentlich solche übernimmst.
55. Trement certe, horrentque demum, qui huc intromittuntur, Massen diejenigen werden zaghaft gemacht, die hiezu zugelassen werden.
56. Ad rem auidiores magis, quam publici boni caussa, So ferne sie mehr aus Amts-Begierde, als dem gemeinen Wesen nützlich zu seyn, solches thun.
57. Aut quibus forte adfuit fortuna: Oder auch, denen es blindlings gelungen.
58. Tu, si optima lege, tuam muneri adstrinxisti fidem. Du aber, so du dich geziemender Weise, an dein Amt gebunden hast.
59. Bono esto animo. Sey unverzagt.
60. Ac primum quidem, timorem Dei habeas intimum. Du must aber vor allen Dingen mit der GOttesfurcht einen vertrauten Umgang pflegen.
61. Cui omnia tua consilia credas. Womit du dich stets berathschlagest.
62. Deinde, qua huc gratia accersi iussus sis, dispicere. So dann bedencke, wozu du beruffen worden.
63. Tum, quidquid operae facias, caussa boni publici feceris. So müssen ferner alle deine Bemühungen zur Wohlfahrt des gemeinen Wesens abzielen.

Militi. IV. Sunc. III.

64. Quo tamen id facilius fiat, Damit aber solches desto leichter geschehe.

65. Priores semper apud te partes dictamen habeat conscientiae. So must du vor allen Dingen dein Gewissen zu Rathe ziehen.

66. Hoc ex animo, ac vere & sincere dicet. Dieses wird dir alles wahrhaftig und aufrichtig entdecken.

67. Quid sit faciundum tibi? Was dir zu thun?

68. Et, quo studium tuum redire debeat? Und wohin dein Fleiß anzuwenden sey.

69. Hoc efficiet, vt missa facias reliqua: Dieses wird schaffen, daß du dich alles dessen entschlagen wirst.

70. Quibus impulsus, nihili facturus fuisses fidem, datam semel. Welches dich von der einmahl angelobten Amts-Treue abführen hätte mögen.

71. Forte res ita est, vt rem cum litteris habeas docendis. Vielleicht bist du ein Schul-Lehrer worden.

72. Hic in primis haec memoria habeto. So solt du hiebey vornemlich darauf bedacht seyn.

73. Hicque mos tibi gerendus est mihi. Auch mir in diesem Stücke beypflichten.

74. Vt ames litteras dies noctesque. Daß du Tag und Nacht zum Studiren und denen Schul-Wissenschaften Lust tragest.

75. Has desideres. Dazu vornemlich dein Hertz lenckest.

76. Has somnies. Von diesem auch im Schlaf redest.

77. De his cogites. Von diesem gedenkest.

78. Cum his totus sis. Auch diesen gantz und gar ergeben seyst.

79. Neque ex aliorum ingeniis te iudices, velim. Auch urtheile nicht von dir nach anderer Gutachten.

80. Qui-

80. Quibus rus ire, ibique macerari, facilius videtur, quam in vita discere semper. Welche lieber die Bauers-Arbeit verrichten, als daß sie täglich studiren solten. Milenar. IV. Saec. III.

81. Sunt forte tibi per aetatem studiose educandi erudiendique: Es gibt etwan Leute, die wegen ihres zarten Alters, unter deiner Zucht und Aufsicht stehen.

82. Hos ita dilige, vt si essent filii tui. Diese solt du, als deine eigene Kinder lieben.

83. Idque eo facias. Und solches solt du eben darum thun.

84. Quo difficilius est, rem cum his habere. Weil es fast schwer ist, mit dergleichen Gemüthern umzugehen.

85. Pateant his semper, te duce, fores sapientiae. Du solt ihnen jederzeit den Zutritt zur Weisheit bahnen.

86. Plenus rimarum esto, hac atque illac perfluens. (k) Schaffe, daß viele Ströhme der Weisheit von dir über sie herab fliessen (verschweige ihnen nichts was dir bewust.)

87. Sit tibi cum his pars aequa laboris. Arbeite mit ihnen mit gleichem Fleisse.

88. Neue facile grauius tuleris: Auch sey nicht leicht darüber entrüstet.

89. Vel perdolueris, crucierisque. Laß dir auch nicht zu Hertzen gehen.

90. Si aliorsum, atque tu fecisti, tua accipiatur industria. Wo deine Bemühung nicht nach Beschaffenheit deines Fleisses angesehen wird.

91. Aut si benignitatem parentum, caussa adolescentum minus frugi, in se claudi sentias: Oder,

(k) SENECA, de Benef. L. VI. C. XVI. de Praeceptore suo, *nec quae sciebat*, inquit, *maligne dispensauit, quo diutius esset necessarius, sed cupiit, si posset, vniuersa transfundere.*

Millenar. IV. Saec. III. Oder, wo die Wohlgewogenheit der Eltern bey ungearteter Jugend sich zu mindern anfängt.

92. Plus satis habes, si intemeratam fidem habes. Du hast mehr als zu viel, wenn du ein Zeugniß deiner Treue besitzest.

93. Nec labascit is, nisi paruam habeat experientiae fidem: Auch geht derjenige nicht zu Grunde, (es sey denn, daß ers nicht glauben will.)

94. Cuius cordi charius αὐταρκεία nihil est. Dem über die Genügsamkeit nichts liebers ist.

Saecul. IV. Hist. Bibl.

Imitatio XXXI.

Historia Captiuitatis Babylonicae.

ITa iam res erat, (71) vt Iudaicus populus, quem adeo dilexerat Deus, vt si essent filii sui, (82) hac tempestate, solum vertere patrium, atque Babylonico exilio perdolere cruciarique deberit. (89) Clausa certe iam fuerat Dei benignitas, (91) in eo, quod & principes timorem Numinis intimum non haberent, (60) & populi studium eo redierit, (68) vt fidem, Deo datam semel, nihili fecisse viderentur; (70) contra, ex ingeniis gentium, omnem Dei cultum iudicarent. (79) IOSIAS equidem, Ma-
3315. nassis nepos, morem Deo per omnia gerendum esse ratus, (73) missam fecit improbitatem (69) omnemque profanum Deorum cultum sedibus suis eiici iussit. (Phor. 662) Et reperto codice sacro, illud in primis in memoria habuit (72) quomodo amaret populus diuinas literas, dies noctesque, (74) has desideraret, (75) has somniaret, (76) de his cogitaret, (77) cum his denique esset totus. (78) Sed qui successerunt Iosiae, non eandem rem cum pietate habebant.
2. Reg. 23, 15. (84) HABACVC a) quidem et quem mox ex-

a) An. 3308.

excipiebat IEREMIAS a) HVLDA, ZE- Millen. IV.
PHANIAS, b) et VRIAS, c) fidem, quam Saec. IV.
muneri prophetico adstrinxerant, (58) perso-
luturi, ex animo ac vere & sincere dicebant, (66)
quod res erat, quidue faciendum esset populo,
(67) si animum ad recuperandam Dei beneuo-
lentiam adiicere velit; (53) sed licet hi pleni ti-
marum essent, hac illacque salutaribus perfluen-
tes monitis, (86) iis tamen, siue aurium, siue
animorum fores apud auditores prorsus pate-
bant nullae (85) Ea igitur gratia accersi iube- 3338.
tur primum ex Aegypto *Necho*, (62) vt moto 2. Reg. 23.
Ioachaso, *Ioiakimo* verò rege stabilito, (Ad. 845.) 2. Par. 36.
tremere, futurumque captiuitatis fatum horrere
populus inciperet. (55) Sed *Nebucadnezar*, ad 3346.
rem interitumque Iudae iam antea auidior, (56)
Ioiakimum, quod subiectionem grauius ferret,
(88) rus Babylonicum ire, (80) ibique ad mor-
tem macerari iubet, (80) asinina demum elatum 3349.
sepultura. Postremo tamen, adfuit Nebucad- Ier. 22, 19.
nezari siue fortuna, (57) siue nutus diuinus:
cum non modo recta & impune VrbemHieroso- 3360.
lymorum introierit, (54) sed reliquias etiam
populi, cum *Zedekia* rege, cuius quidem cordi
extrema improbitate nihil fuit carius, (94) secum
abduxerit: plus fatis habens, (92) Vrbe & tem-
plo euastato, eo operam suam fuisse elocatam,
(83) ne qua sui parte diuina labascere videre-
tur cominatio. (93) Aequa cum reliquis DA-
NIELI sociisque exsilii pars fuit; (87) tamet-
si Daniel per aetatem studiose in aula Nebucad-
nezaris educaretur, (81) adiutusque Ezechie- Ezech, 1, 1.
lis laboribus, breui spem faceret miseris, bono 3395.
essent animo, (59) crederentque, caussa boni Epocha
publici facere se, quidquid apud regem faceret. Hebdom.
(63) IEREMIAS contra in Aegyptum ductus, Dan. 70.
cum aliorsum atque faceret, illius in conuerten-
dis

a) 3319. b) 3319. c) 3339.

Millen. IV. dis gentibus acciperetur industria, (99) lapidi-
Saec. IV. bus obrutus, occubuit. (1)

Actus II. Scena I.

XXIX. Fert matrum segnes blanda indulgentia natos.

95. Vtinam tam aliquid facile inuenire possis, quam multi sunt: Man kan nicht so leicht etwas anders antreffen, als solche Leute.

96. Quos matres nimis indulgent: Denen ihre Mütter allen Muthwillen verstatten.

97. Hi, dum forte opus in schola faciunt, vt defatigentur vsque. Diese haben etwann in der Schule was zu schaffen, daß sie darüber ein wenig müde werden.

98. Mox iniquo illud mater animo patitur. Bald kan solches die Mutter nicht vertragen.

99. Mox aemulos studiorum, a quibus superatur diligentiâ, à prole pelli iubet sua. Bald will sie diejenige um das Söhngen nicht leyden, deren Fleiß dasselbe nachahmen könte.

100. Mox vt dormiat, ingratiis licet, orat. Bald schwatzt sie ihm ein, er möchte sich doch, wider seinen Willen schlaffen legen.

101. Mox animi caussa, rus ire, imperat. Bald schickt sie ihn aufs Feld, um eine Gemüths-Erlustigung zu haben.

102. Atque ita se cum prole sua dat turpiter. Und also prostituiret sie sich samt ihrem Kinde.

103. Deus bone, quid hoc morbi est? Mein GOtt, was ist das vor eine Schwachheit.

104. Adeone homines ex amore immutantur? Pflegt denn die Liebe also die Leute zu verändern?

105.

(1) Vid. HEIDEGGERVS, Enchirid. Bibl. p. 153. ex Hieronymo.

105. Vt non cognoscas eosdem esse. Daß sie ihnen kaum mehr ähnlich sind. Millenn. IV, Secul. III.
106. Stat sententia. Es bleibet wahr.
107. Eiiciendam merito omnem hanc esse mollitiem. Man müsse alle diese Verzärtelung ablegen.
108. Qui igitur prolem dono reipublicae (m) ducit ad studia. Wer also sein Kind zum Besten des gemeinen Wesens zur Schule bringet.
109. Obfirmet eam, moneatque. Soll es beherzt machen und hiezu vermahnen.
110. Vt quidquid mandatum sibi fuerit a Praeceptoribus: Daß es alles, was ihme von Lehrern aufgetragen werden soll.
111. Effectum det diligenter: Feissig ausrichte.
112. Nec rogitari se vnquam patiatur. Auch sich nicht allererst viel bitten und dazu antreiben lasse.
113. Quasi difficile sit, quod imperatur. Als wenn es, so da befohlen wird, zu schwer wäre.
114. Immo, meminerit sui officii, tametsi nullus moneat. Ja, es soll das Seinige thun, ohne von jemand dazu anermahnet zu werden.
115. Nec horsum adigi se permittat compellationibus. Viel weniger soll sich dazu mit Drohungen zwingen lassen.

Imitatio XXXII. *Hist. prof.*

Res Medorum et Scytharum.

MEdis, hoc aeuo, CYAXARES praefuit, 3314.
Hic patris necem iniquo passus animo, (98)
Assyrios domuit non modo, sed et subegit prorsus,

(m) Gratum est, quod patriae ciuem populoque dedisti,
Si facis, vt patriae sit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Iuuenal, Satyr. XIV.

Millenar. IV. Saec. IV. 3345. Scythae. sus, (n) Vrbe *Nino*, quam Niniuem codex sacer vocat, capta dirutaque. (Ad. 988.) Sed & cum *Scythis* congrediendi facultatem, tam facile inuenit (95) quam bellicosa fuit Scytharum gens, & quiescendi nescia. (o) Forte quibusdam huius gentis discessio, facto tumultu, euenerat. (And. 330.) In Mediam igitur se conijciunt: (And. 351.) qui tamen cum viderent, mancipari se venationibus, (And. 359.) & quod vulgus seruorum solet, (Ibid.) duriora experirentur, non modo ad Lydos profugiunt, sed reliquam simul Scytharum gentem horsum adigunt, (115) vt quod dudum de opprimendis Medis consilium versabant, effectum darent diligenter. (111) Nec rogitari se diu patiebantur Scythae, (112) quum difficile non esset, quod imperabatur, (113) ductisque agminibus, Medos, virtutis suae aemulos, à finibus suis pellunt: (99) vt adeo coacto rus ire Medorum robore, (101) nondum obfirmato satis, (109) annis 28. totius Asiae potirentur. Sicuti vero homines, ex dominatione immutari solent, (104) vt non cognoscas eosdem esse; (105) ita illud apud Scythas morbi erat, (103) quod potentia, in tyrannidem versa, turpiter se dederint. (102) Igitur, eiiciendam hanc esse animi impotentiam ratus *Cyaxares*, (107) dum, quod conabatur, viribus effectum dare non posset, (111) astu conficit, (619) Scythasque, in fraudem illectos, (And. 623.) et quos, vtpote vinosos, indulgere se hac in re nouerat, (96) dum opus forte faciunt gulae, vt defatigarentur vsque, (97) superatos caedit. (99) Stabat demum sententia, (106) *Lydos* coërcendi, quod non ingratiis Scythas profugos recepissent. (100) Sed HALYATTES Lydorum Rex sexennio post, pa-

3333. [beside "rentur, non modo ad Lydos profugiunt"]

3344. [beside "forte faciunt gulae"]

(n) HERODOT. L. 1. m. 44. (o) HERODOT. L. 1. C. 103. (p. m. 29. sq.)

pace cum Medis conciliata, (Heaut. 930.) filiam suam *Arienam*, filio Cyaxaris *Astyagi*, nuptum dat, (p) (And. 141.) irritatumque adeo animum, (And. 360) matrimonii coniunctione demulcet. (Heaut. 667.) Millot. IV. Saec. IV.

Actus II. Scena II.

XXX. Adulatori ne crede.

116. Omnia assentari, is quaestus nunc est, multo vberrimus: Durch Schmarotzen sucht man heut zu Tage vieles zu gewinnen.
117. Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt. Es giebt Leute, die ihnen viel einbilden, und sind es doch nicht.
118. Hos iam consectari: Diesen Leuten nun anzuhangen.
119. His vltro arridere: Diesen Leuten zu gefallen leben.
120. Horum ingenia simul admirari: Ihren Witz und Verstand zu bewundern.
121. Quidquid dicunt laudare: Alles was sie sagen, vor löblich halten
122. Atque sic ex stultis insanos facere: Und also aus Unbesonnenen gar Narren zu machen.
123. Omnia assentando: Durch Schmeicheley.
124. Sunt, qui sibi imperent. Befleissigen sich ihrer viele.
125. His demum rebus, scitum fieri hominem creditur. Man glaubet sodann, dieses könne einen geschickten Mann machen.
126. Nec nouum hoc est aucupium. Es ist dieses nicht allererst neu erfundenes Vogel-Stellen. (Glücksfang:)

(p) HERODOT. l. c. p. m. 29.

Actus IV. Scen. IV.

127. Erat et olim generi isti quaestus apud saeculum prius. Man hat auch zu uralten Zeiten hievon eine Profession gemacht.

128. Primus certe hoc malum lusit Daemon, nebulo. Der erste, der solch Ubel aufs Tapet gebracht, ist der Schalck der Teufel gewesen.

129. Primus hanc inuenit viam. Er hat hierauf den ersten Versuch gethan.

130. Idem cupedinarius: Eben dieser Näscherey-Krämer.

131. Dum assentando plus polliceretur, quam salua id re fieri potuit. Da er durch Schmarotzen etwas versprochen, welches doch zu erlangen unmöglich war.

132. Quam hoc facinus gratum arbitrabere Deo? Meynst du, daß solches gottlose Beginnen GOtt gefallen mag?

133. Hoc dixeris maxime. Vielmehr must du es bekennen.

134. Eiectos ita nos è gratia Dei. Daß wir darüber aus der Gnade GOttes gefallen sind.

135. Hocque vno, omnia caelestia bona abliguriuisse. Und daß wir dadurch alle himmlische Güter verschwendet haben.

136. Quod, dum homini ad felicitatem nihil deesset: Daß, da dem ersten Menschen zur wahren Glückseligkeit nichts gemangelt.

137. Fores, ad honores Deo aequales, vt paterent sibi voluerit. Er doch dahin bemühet war, wie er GOtt gleich seyn mögte.

138. Tanta huius rei vicissitudo fuit; Die Sache hatte einen solchen Ausschlag.

139. Vt nisi beandis iterum hominibus, Seruator multum operae dedisset: Daß, so ferne nicht der Heyland das Heyl wiederbracht hätte.

140. Plagas pati debuissemus infelices: Wir die ewige Schläge hätten ausstehen müssen.

141. Tu, cum parum praestet homo homini. Du

Du indessen, weil sonsten die Leute von einander nicht sonderlich unterschieden sind. Millen. IV. Scen. IV.

142. Multum tamen stulto intelligens, Wohl aber ein Verständiger von einem Unverständigen.

143. Quid his rebus credis abs Te fieri posse? Was meinst du, am sichersten ergreiffen zu können?

144. Faxis, si potis es, ne quis assentatur ad Te admittatur. Schaffe, daß, wo es möglich, kein Schmarotzer zu dir komme.

145. Nec homini tui loci aut ordinis semper crede. Traue auch deinem Landsmann, wie auch deinem Amts-Collegen nicht allerdings.

146. Quoties nempe negat is, dum negas Tu, ait is, dum ais Tu. Wo er dir in allen Stücken schlechterdings Beyfall gibt.

147. Vulgus quidem à sentis, squalidisque cavet. Man läst sich zwar insgemein mit liederlichen Leuten nicht gerne ein.

148. Tu, non modo pannis, sed annis quandoque obsitum caue. Du aber sehe dich vor, nicht nur vor einen zerlumpten, sondern oft auch vor einem der Jahre und Erfahrung hat.

149. Nec dispice, qui color, qui nitor, qui vestitus? Urtheile auch nicht aus der Farbe, und äusserlichen Betragen.

150. Sed quae habitudo sit animi? Sondern wie das Gemüth beschaffen sey.

151. Assentator certe, re salua tua, obesse quandoque dum potest, perditâ, prodesse nequit. Massen, obgleich ein Schmarotzer, wo du ihme keinen Zutritt gibst, bey deinem Glücke dir viel zu schaffen geben kan, so kan er dir doch, bey deinem Unglücke nicht helffen.

152. Et nisi spes residua in te tibi solo sit: Und du wo dir selbst helffen zu können nicht trauest.

53. Tota erras via, si praesidium in adulatore quae-

Milles. IV. Sacc. IV. quaeras. So irrest du, so du einige Hülffe bey dem Schmeichler suchen wilt.

154. Nimirum, hic homines isti frigent. (q) Indeme Leute, von dieser Art, sind alsdann gegen seine vormahlige Wohlthäter kaltsinnig.

155. Et qui laeti, obuiam Tibi procedebant olim famelici: Und da sie vorhero, als hungrige Brüder, dir frölich entgegen gekommen.

156. Aduentumque tuum gratulabantur. Auch dich bewillkommet haben.

157. Et sursum deorsumque cursitando, mira proiiciebant vocabula. Und mit Spendirung grosser Ehren-Titeln bald hie, bald da, um dich herum gesprungen sind.

158. Nunc nec salute impertiunt Te. Anjetzo wollen dich nicht einmal eines freundlichen Grusses würdigen.

159. Et qui iis tuas olim vno digitulo fores aperuisti fortunatus: Und da du ihnen einen leichten Zutritt bey deinem Glücke zugestanden.

160. Nae, Tu, infelicior forte factus, calcibus fores eorum insultabis frustra. So wirst du bey deinem Unglücke, an ihrer Thür umsonst mit aller deiner Macht anklopffen.

161. Facere dictum, sed verè. Kurtzweilig gesprochen, aber wahrhaftig.

162. Et quod te monet, vt cuncta, quae agis, circumspectes. Und damit du unterrichtet wirst, wie du alles, was du thust, mit Bedacht und Vorsichtigkeit thun sollt.

163. Ne ingemiscas quondam: quo redactus sum? Daß du nicht sodann klagen darfst: Wo bin ich doch hingerathen?

Im-

(q) *Vt cuique domini res parata est, firmi amici sunt; si res labat,*
Itidem amici collabascunt: res amicos inuenit.
PLAVT. Stich. Act. IV. Scen. I.

Imitatio XXXIII. Millen. IV. Saec. IV.

Aſtyagis et Cyri Hiſtoria. *Hiſt. profana.*

Cyaxari Medorum Regi, ſucceſſit ASTYAGES, eo celebris potiſſimum (83) quod primus lepidam cum CYRO, fabulam luſerit. (r) (123) Didicerat ille per ſomnum, fore, vt huic Nepoti ſuo fores ad totius Aſiae imperium pateant; (137) perſuaſus igitur, nec homini ſui loci ac ordinis credendum ſemper eſſe, (145) primum quidem, *Mandanem* filiam, *Cambyſi*, nobili Perſae, ſed pannis obſito, (148) nuptum dedit (And. 141.) ne ſi prolem conſequeretur maſculam, aut ingenium illius, vt regium admirari quis poſſet, (120) aut mira ac rege digna illi vocabula proiiceret. (157) Mox natum nepotem dum accipit, tantum abeſt, vt natales illi gratularetur, (156) vt potius τοργὴν 1214 frigere ſuam (154) palam declarauerit: iubet enim infantem è medio tolli. Sed *Harpagus*, quae acturus eſſet, circumſpectans, (162) iuſſibus regiis vltro arridere dubitat, (129) veritusque, ne, dum omnia aſſentaretur, (123) quaeſtum rei, regno ad Cyri matrem forte declinaturo, (Hec. 145.) haberet nullum, (116) puerum *Mithridati* paſtori exponendum tradit. (Hi. 507.) Atque haec prima ſeruandi pueri via inuenta eſt. (129) Sed ea rei iſtius fuit viciſſitudo, (s) (138) vt ſeruato *Cyro* ſuum *Harpagus* filium videret a cupedinario ſibi proponi. (130) Quam vero hoc facinus gratum arbitrabere fuiſſe patri? (132) hoc dixeris maxime (133) eiectum fuiſſe imperio *Aſtyagem*, (134) eumque hoc vno, omnem prin-

(r) IUSTIN. Lib. I. C. 4. ſq. (s) Fuſe HERODOT. Lib. I. p. m. 44. ſq. et 49. ſqq.

Millenn. IV. principatum tantum non abliguriuisse. (135)
Saec. IV. CYRVS interea, regiam in dies animi habitudinem dum praefert, (150) scitumque se iuuenem, non vno documento testatur, (125) in Persidem mittitur. Is sciens, quantum praestet homo, regia stirpe natus, tyranno, (141) videns praeterea, rem saluam suam esse non posse, nisi re Astyagis perdita, (151) nihil magis rebus his abs se fieri posse credebat, (143) quam si subiugando *Astyagi* multum operae dedisset. (139) Erat tum in *Harpago* vlciscendae iniuriae conatus, ex animo necdum deletus. (164) Hunc *Astyages* contra *Cyrum* mittit, in quo solo quidem spem vincendi reliquam praesidiumque superesse putabat. (152) Tota vero errabat via: (153) hic enim, nouo veluti aucupio, (126) laetus obuiam Cyro procedit, (155) eique sese cum exercitu dedens, (And. 601) efficit, vt victor *Cyrus*, imperii Medorum portas, vno
3391. digitulo, quod dicitur, aperuerit fortunatus. (159) Porro tamen adgrediendum praelio nepotem imperauerat sibi *Astyages*, (124) dum interea *Cyrus*, suos facete, sed vere officii admonet. (a) (161) Ille tamen frustra insultabas fortunam *Cyri*: (160) nam victus, eo redactus est, (163) vt qui antea primum se omnium rerum vidit, (117) nunc experiri cogeretur, assentando plus sibi polliceri quandoque homines, quam salua id re fieri possit. (131) *Cyrus* tamen persuasus, multum praestare intelligentem stulto, suaeque abuso fortunâ, (142) auum ad consilia intimiora admittit, annisque obsitum, (148) omni honore impertit. (158)

Actus

(a) IVSTIN. I, 6. C. 6.

Actus II. Scena III.

Millen. IV. Sect. IV.

XXXI. De eo, quod honestum ac vtile est circa matrimonium ineundum.

164. Qui omnes ex animo delent mulieres. Diejenigen, die sich vorgenommen, niemahlens an einiges Frauenzimmer zu denken.
165. Exque conspectu eas sponte amittunt. Meiden auch mit allem Fleiß ihren Anblick.
166. Num vel diu celare possint adfectum? Ob sie lange ihre Leidenschaft verbergen mögen.
167. Vel abstinentiae viam hanc semper insistere: Oder auch dieser Enthaltung gemäß jederzeit leben können.
168. Est adhuc, quod quaeras, inuestiges, percontaris. Braucht noch einer genauen Untersuchung.
169. Nisi forte taedet hos harum formarum quotidianarum: Es sey denn, daß sie an dieser täglich vorkommenden Gestalt einen Eckel haben.
170. Aut per naturam de amore loqui nesciunt: Oder daß sie ihrem Temperament nach, sich dieszu nicht disponirt befinden.
171. Aut per gratiam fortunati sunt eunuchi. (u). Oder sie sind durch ganz besondere Gnade GOttes geistlich verschnitten. Matth. 19, 12.
172. Aut per ætatem, pudoremque, formas has culpant. Oder daß sie aus Wohlstande und Schamhaftigkeit solches Geschlechte nicht groß achten. Syr. 40. 19.
173. Aut institutionem diuinam flocci faciunt.

(u) Qui a coniugio abstinent, et continentiam seruant, ex peculiari Dei dono, BEZA in Gloss. Conf. MART. CHEMNITIVS. Loc. Theol. P. II. de Castitate p. m. 489. sq. et BASIL. M. de Virginit. p. m. 296.

Millen. IV. Sect. IV. Oder daß sie die Göttliche Ehe-Ordnung gering schätzen.

174. Aut denique senium ipsum sunt. Oder sie sind schon zu alt.

175. Quod amores, honestos etiam, sæpè remorari solet. (x) Dadurch sie auch in der honnetesten Liebe eine Verhinderung finden.

176. Tu, nisi Tui prorsus oblitus videare: Du, wo du sonsten deiner selbst nicht vergessen wilt. (wo du nicht unklüglich handeln wilt:)

177. Dum per ætatem, fortunæque rationes ostendere potes, qui vir sis? Soferne du dich einen Mann, dem weder am Alter noch Mitteln fehlet, bezeugen kanst.

178. Aliquid inuenias, quod honeste ames, licet. Halte nun vor erlaubet, wo du dich um etwas liebwürdiges in allen Ehren umsehest.

179. Ita tamen, vt vtilitatem hac in re tuam cognoscas. Doch so, daß du auf deine Wohlfart bedacht seyst.

180. Ergo Glycerium, quam mercari vis, vnde et cuia sit, vide. So sehe nun zu, was vor Herkommens dasjenige Frauenzimmer sey, so du freyen wilt.

181. Num proba, demissisque sit humeris? Ob sie fromm, und demüthige Gebehrden an sich habe.

182. Num vincto pectore (y) Ob sie die Eingezogenheit an der Brust beobachte.

183. Ha-

(x) De sene amatore vid. *Plaut* Mercat. Act. II.
— vetulus decrepitus senex,
Tantundem est quasi sit signum pictum in pariete.

(y) Vid. CHRISTIANI GERBERI Unerkandte Sünden der Welt P. I. c. 74. von Entblösung der Brüste. p. 981. sq. Certe, de carne gloriari nemini dicere dudum pronuntiauit TERTVLLIANVS C. XX. de cultu foeminarum. Vid. ABRAH. SCVLTETI Medulla Theol. patrum. P. I, p. 217.

183. Habitior tamen? Ob sie auch wohl proportionirt? *Actus. IV. Scen. IV.*

184. Cui nec deductus fuerit cibus: Der man an der Nahrung nichts muthwillig entzogen.

185. Nec curatura superstitiosior naturam vitiaverit. Noch durch zärtliche Auferziehung, einigen Mangel der Natur zugefüget hat.

186. Sed cui color verus, corpus solidum, parque laboribus. Sondern die eine natürliche und ungezwungene Farbe, und einen wohlgestallten auch denen Haus-Strapatzen gewachsenen Leib besitzet.

187. Apud quam aetas ipsa sit. Deren Alter am bequemlichsten.

188. Et quae vel flos sit ipse. Und die sich in der besten Blüthe ihres Alters befindet.

189. Quae propter parentes dormiat. Die unter der Aufsicht ihrer Eltern zu schlaffen pfleget.

190. Quae cibum vna capiat, adsit, ludat, cum honestioribus. Die da mit ehrlichen Leuten umgehe, esse und spiele.

191. Hanc Tu tibi, non vi, non clam, sed precario tradendam velis. Diese solt du weder mit Gewalt, noch durch heimliche Entführung, den Eltern entziehen, sondern ordentlich begehren.

192. Ideo, in domum honestam Te commodum aduerte. Zu dem Ende so kehre in ein ehrliches Haus ein.

193. Et cuius religio, si ad legem Dei respicias, (z) Tuae comparetur, sitque illius similis (a).

(z) Exod. 34, 16. Deut. 7, 3. sq. Vid. DANHAVER. Lec. Catech. P. III. Serm. XI. p. m. 124. sq. Conf. IOSEPH antiquit. Iud. L. XI. C. 5. Et utinam vox IRENÆI L. III. C. 3. p. m. 854. apud plerosque personaret, qui *tantum*, inquit, *Apostoli, et horum discipuli habuerunt timorem, ut neque verbotenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverunt veritatem*, (sub adulteratam positum.)

Actus IV. Scen. IV.

(a) Und deren Gottesdienst mit deinem dem Göttlichen Gesetze zu folge, übereinstimme.

194. Quo vnis in aedibus vna adsit oratio, vna ex fide profecta. Damit in einem Hause, ein einhelliges Gebeth, so aus einem Glauben kommt, gehöret werden möge.

195. Liquet mihi deierare. Ich kan es theuer bezeugen.

196. Eum Te futurum his rebus, cui felicitates coniugii aduersae sint nunquam. Daß du auf diese Art, alle Glückseligkeiten der wohlgerathenen Ehe überkommen solt.

197. Nec erit, qui duras Tuas praedicet partes. So wird auch niemand von deinen mißlichen Umständen reden dörfen.

198. Sed fortunatus Tute fies. Du wirst aber glückselig seyn.

199. Nunquam melius Tibi consilium dari potuerit. Es kan dir nicht besser gerathen werden.

200. Vide contra, quam percellant sese. Sehe hingegen zu, wie ihnen dieselnigen so empfindlich schaden.

201. Et quam de eorum fortuna conclamatum sit. Und wie es mit ihrem Glücke schon fast aus ist.

202. Qui vel ludunt hic dolis: Die entweder mit List die Heyraths-Sachen angreifen.

203. Vel pollicentur multa, sed vt promissa adpareant olim, facere vix queunt. Oder, dieletz zwar versprechen, aber sodann solches zu halten nicht vermögend sind.

204. Aut denique honestas quasuis aedes despicatas

(a) *Cicero* de offic. L. I. C. 17. *magnum* inquit, *est eisdem uti sacris.* Praeclara certe lex est, à *Romulo* lata, ut uxor viro sacrorum omnium sit socia. *Paul. Manutius,* de Leg. Rom. p. 118.

catis habent. Oder verachten auch ehrliche Häu- Millen. IV. Scen. IV.
ser und Familien.

205. Deducuntur certe hi tandem in domum, si non meretriciam, crucibus tamen plenam. Sie gerathen aber endlich in ein, wo nicht Huren-Haus, doch in ein Ort, wo sie genug künfftigen Creutzes antreffen.

206. Si enim penu patrium, clanculum forte congestum, euacuetur: Denn, so man die durch krumme Wege etwan zusammen gebrachte Morgen-Gabe, liederlich durchgebracht.

207. In Te iam cuditur faba, marite. So must du lieber Mann das Bad ausgiessen.

208. Et licet omnes ad conseruationem Tui neruos intendas. Und so du dich aufs Beste bemühest, dein Haus zu versorgen.

209. Stomachatur tamen tecum muliercula. So hauset dennoch immer das Weib mit dir.

210. Forte etiam quatit Te prorsus foras. Und vielleicht jagt sie dich gar zur Haus-Thüre hinaus.

211. Gratiam tibi referens misere: Und belohnet dir also deine gehabte Sorge und Bemühung schlecht genug.

212. Eho, non netunc monstri similis es? Siehest du nicht alsdann einer Mißgeburth ähnlich.

213. Abis cum incuruus, tremulus, labiis demissis, gemens. Da gehest du einher jämmerlich und ungestallt.

214. Abit hora, nec tamen huic iudicium est Xantippe: Die Zeit verlauffet sich, noch wird das böse Weib nicht vors Gericht gefodert.

215. Nec venit, qui aduocatus vt sit Tuus, meminerit. Es findt sich auch niemand, der deiner Sache aufhelffen wolte.

216. Conferat ergo is, qui sic cruciatur, culpam in se omnem: Der nun also geplagt wird, mag nur ihm selbst die Schuld geben.

217. Quod

Millenar. IV. Saec. IV. 217. Quod defugerit auctoritatem et consilia sapiorum: Weil er den Rath ansehnlicher Leute nicht folgen wollen.

218. Deus vero cuncta bene vertat matrimonia. GOtt beglückseelige indessen alle Heyrath.

Imitatio XXXIV.

Hist. profana Babylonii.

Res Babyloniorum et Ægyptiorum.

3325. Viam rerum Babylonicarum enarrandarum dum insistimus, (167) est quod de NABOPOLASSARE primum quaeramus. (168) Hic enim *Cyaxari* sociatus, eandem in subigendos Assyrios cudit fabam, (207) effecitque, vt Assyriaci imperii nomen ex omnium animis deleretur. (164) Est vero quod de filio huius NEBVCADNEZARE accuratius quaeras percunterisque: (168) quippe qui, non modo per aetatem, (172) [vix enim tum ex ephebis excesserat (And 36.)] sed et tunc, dum vel flos ipse aetatis esset, (188) ostendit, qui vir sit (177) Ac primum quidem in domum Judae non commodum sane sese aduertit, (192) direptoque templo ac Vrbe, auctor fuit quiritatus, quo durae populi extorris partes praedicabantur. (197) Sed et *Nechonem*, Ægyptiorum
3342. regem, Syria, prouinciisque Cis - Euphratem quatiit prorsus foras, (210) quod fortunatum se non videbat fore, (198) si quem inuenisset, (178) cui aequa esset potestas. (Ad. 197.) Quin Tyrum (b) quoque, ex conspectu soli amittendam censuit, (165) *Stobalo* Tyriorum rege capto.
3346. Ad regnum demum euectus, dum putat, felicitates imperii sui aduersas sibi nunquam futuras, (196) ac ideo, pertaesus forte formae Babylonis quotidianae, (169) Vrbem, exquisitioribus orna-

(b) IOSEPH Antiquit. Iud. L. X. C. 13. Ezech. 26, 7. sq.

ornaret operibus, (c) sed eam simul ob rem, Millen. IV.
sui, fortisque humanae oblitus prope videretur; Secc. IV.
(176) adeo sibi ipsi misere gratiam retulit, (211)
vt demissis humeris, (181) brutam experiretur
curaturam, (185) & quae siue naturam ipsam
hominis, siue, quod quibusdam deierare
liquet, (d) (195) rationem sanam vitiauerit. (185) Mox tamen ad sui redux cognitio- Dan. IV. 13. 30.
nem, vtilitatemque hac in re suam cognoscens,
712. Deinde, vt callidi disertique euadant: illud exemplis, hoc eloquentia. Ferner, damit sie allen Witz, sowohl aus denen, zu solcher Zeit vorgestellten Exempeln, als auch die Kunst der Beredsamkeit, durch den öffentlichen Vortrag erlernen mögen.

713. Postremo, vt multum his rebus animi iis accedat. Sodann, damit sie hiedurch encouragiret werden mögten.

714.

(g) Vid. DONAT. de Tragoed. vbi, comicis, inquit, senibus candidus vestitus inducitur, adolescentibus discolor adtribuitur.

Millen. IV. Saec. VI. 714. Quoties eueniat olim. So offt es sich mit der Zeit zutragen sollte.

715. Vt in publico eloquentiae iuxta ac *παῤῥησίας* exemplum in iis edendum sit. Daß man an ihnen eine Probe der Beredsamkeit und Dreistigkeit im reden anstellen würde.

716. Interea, quid magis euenire iuuentuti Scholasticae vellem? Indessen, welches wäre doch zu wünschen, in Ansehung der also spielenden Schul-Jugend.

717. Quam vt omne id, quidquid ridiculo est spectantibus, *nimium*, in scena Scholastica existiment. Als, daß die Jugend alles, was die Zuschauer zu einem liederlichen Lachen bewegen kan, für einen sündlichen Ueberfluß ansehen solle.

718. Non enim in diem est, quod Spiritus Domini minitatur. Denn es leidet keinen Verzug, was der Geist GOttes dräuet.

Luc. 6, 25. 719. Nullos futuros, quibus lepidum tantum videtur: Wie es nemlich mit denen aus sey, die es für eine geringe Belustigung halten.

720. Si vel rideant ipsi operosius, vel patiantur sese, gestusque suos ab aliis irrideri. So sie entweder selbst toll lachen, oder auch zu einem, über ihre Aufführung entstandenen Gelächter, Anlaß geben.

Hist. prof.

Imitatio LII.

Res Darii Nothi, et Artaxerxis Mnemonis.

ARTAXERXI LONGIMANO, saeculo superiore, imperium Persicum euenisse, (716) supra iam narratum est. (707) Hic, deuicto

3490. per *Artabazum* et *Megabyzum*, rege Aegyptiorum

Ina-

Inaro, (h) tribusque suffixo crucibus, quod perfidiam illius impune haberi posse non putaret, (700) defessus iam toties pugnando, (705) in pace mortuus est. Huic successit quidem filius ex *Damaspia* coniuge XERXES; in quo tamen *Sogdianus*, ex concubina frater, parricidii exemplum edidit (715) illico, sed cui a successore OCHO, seu DARIO NOTHO ex pellice *Artaxerxis Cosmartidene* fratre, is pro illo scelere honos habitus est, (702) vt vasi, cineribus repleto, (i) iniectus, ludum praebere debuerit, indigno supplicio, infelicem. (704) At, *Darii* Nothi imperium nobilitabatur, (701) cum ea, quam supra operosius praenarrauimus, (695) in Iudaeos indulgentia, tum rebus, per *Tissaphernem*, Lacedaemonios ex bello Attico exsoluentem, (Hec. 506.) non infeliciter gestis. Sed, multum hoc imperante animi, cum Medis, tum Ægyptiis maxime accesserat: (713) qui posteriores quidem, duce *Amyrtaeo* id prodibant in scenam belli, (710) vt suae libertati opitularentur. (k) (And. 69) Interea *Darius*, togam indutus, mori maluit. (711) Hunc sequebatur filius ARTAXERXES MNEMON, qui tamen, quidquid nimium in vindicando regno esse solet, (717) illico experiebatur. Ac mox quidem, in fratre *Cyro*, suo se indicio prodidit sorex, (703) regnandi cupiditas. Hic enim nullum se futurum ratus, (719) si sua, quam à patre acceperat, Satrapia sese contineret, (Ph. 380) *Artaxerxi* regnum extorquere conabatur. (Hec. 506.) Et licet reconciliatus fuerit fratri, neque tamen

Margin: Millen. IV. Saec. VI. — 3525. (beside "ex Damaspia coniuge XERXES") — 3526. (beside "Sogdianus") — 3527. (beside "Darii") — 3538. (beside "riores quidem") — 3546. (beside "lius ARTAXERXES MNEMON") — 3547. (beside "rex, (703)")

 sic

(h) CTESIAS in Persicis, p. m. 571. VALER. MAX. L. IX. c. 2.
(i) CTESIAS l. c. p. 574. Conf.
(k) THVCYDID. L. 1, p. 72. CORNEL. NEP. in Conon. C. III.

Millen. IV. sic poenitebat eum operae, quam auctore *Pa-*
Saec. VI. *rysatide* matre, facere instituerat, (708) quia
denuo belli gloriam et fructum armis reperire
3549. voluit. (Heaut. 97) Sed non in diem fuit, quod
fortuna, temeritatis vindex, *Cyro* minitabatur, (718) quippe stultiore magis, (706) quam heroico ausu, dum in hostium castra, ipsumque Artaxerxem irrueret, (Ad. 82) ab hoc enecatus est. (l) (287) Ita rebus per *Tissaphernem* et *Cono-*
3563. *nem* praeclare gestis, pax opera *Antalcidae* Spar-
3564. tani conciliatur. (Heaut. 930) *Evagoras* tamen rex Cypri, callidas magis disertasque, (712) quam sibi proficuas conditiones pacis dum videret, bello *Artaxerxem* petit, ab *Acoride* Ægyptiorum rege adiutus: experitur vero, quomodo a fortuna irrideri soleant ii, (720) quibus lepidum videtur, (719) iis se opponere, qui viribus sunt superiores. Quid hoc autem fuit? (709) Victus *Evagoras*, Cyprum perdidit, (m) atque multis minis (681) mancipatu se exsoluere (Hec. IV. 2) cogebatur.

Actus V. Scena VIII.

L. Spiritui de carne triumphandum est.

Galat. V, 16. 17.

721. Prosilit aliquando in arenam cum Spiritu, caro. Es kämpfet offt das Fleisch mit dem Geiste.

722. Quid autem hoc mali est? Was ist dann dieses für eine so gefährliche Sache?

723.

(l) PLVTARCH. in Agesil. p. m. 533. ÆLIAN. L. 14. p. m. 254.

(m) DIOD. SIC. L. 14. c. 3. sq.

723. Ea certe spe, eo consilio, pluribus ille crepat. Denn eben darum macht die menschliche Unart eine Bewegung und Unruhe. Milon. IV. Sect. VI.

724. Ut Tu facias, quod iubet. Daß du ihren Willen vollbringest.

725. Quid autem est, quo minus Tu illi te dedas? Was soll dich aber von deren Uebergabe abhalten?

726. Id certe Tibi experiendum fuerit, quod Herculi. (n) Du must es sonst dasjenige erfahren, was Herculi begegnet.

727. Et tamen vix quisquam est, qui huic Omphalae non seruiuerit facile: Noch finds die meisten, so dieser in uns herschenden Königin zu Gebote stehen.

728. Exemplum displiceat vero Tibi. Welches Exempel dir, wie billig, missfallen soll.

729. Tu, commitigato gladio verbi, scuto fidei, precum denique telis caput serpentis. Du solt indessen dieser verführerischen Schlange den Kopf mit geistlichen Waffen des Worts GOttes, des Glaubens und des Gebets zublauen. Eph. 6. v. 16. sq.

730. Incepta modo, quod suadeo, & properans fugiet. Fange es mit GOtt an, so wird dieser Teufel alsbald von dir fliehen. Jac. 4. v. 17.

Imitatio LIII.

Hist. prof.

Artaxerxes Mnemon, prae dolore moritur.

Adhuc in arenam cum *Mnemone* prosiliebant (721) THACUS (o) Ægyptiorum rex et ple-

(n) *Hercules* pingebatur *Omphalae* Lydorum reginae, mutato habitu in muliebrem, seruiens, et in purpura lanam trahens, eoque ab hac amasia, leonina pelle vestita, clauamque manu tenente, crebro vapulans, quoties pensum non absoluisset. Vid. LUCIAN. de Hist. Scrib. Op. p. m. 108. e. Frf. fol. (o) DIONYS. L. 15. C. I. sq.

Millen. IV. plerique Asiae Satrapae. Ac licet *Pharnabazi* et
Sec. VI. *Iphicratis* virtute commitigarentur, (729) Ægyptii tamen, tam diu armis conflictabantur, (And.
3588. 38.) donec *Agesilao* Duce, regi *Thaco*, suppresso Nectanebo filio, sese, vt patriae patri, dedidissent;
3589. (725) Sed exemplum domesticae calamitatis, qua conficiebatur *Artaxerxes*, est, cur displiceat. (718) Quid autem hoc mali fuit? (782) Amabat *Darius*, filius suus (p) *Aspasiam*, olim Darii patrui, patris postea pellicem, ea forte spe et consilio, (723) vt coniugio eam sibi deuinciret, (Andr. 349) id experturus fortasse, quod *Hercules* quondam. (726) At, dum patrem minus id facere videret, quod vellet ipse, (724) adscitis in societatem fratribus quinquaginta, in patrem tacitis primum crepat armis, (q) (923) mox palam necem minitatur. (718) Inceptantem tamen scelus, (750) Deus, parricidii vltor, prohibuit, adeo, vt ad necem patris properans, (730) ad suum ipse interitum deproperasse videretur. *Artaxerxes* vero è dolore animi laborans, (And. 198)
3599. moritur, (r) cui succedit OCHVS, homo violentissimus. (s) (660)

Actus

(p) ÆLIAN. L. XII. 1. (q) IVSTIN. L. X.

(r) Rex, quam pater felicior, IVSTIN. L. X. C. 3.

(s) Timens quippe parem coniurationem, regiam, cognatorum caede et strage principum, replet, nulla non sanguinis, non sexus, non aetatis misericordia permotus. IVSTIN. L. X. c. 3. et PLVTARCH. in Artaxerxe, sub fin. VALER. MAX. L. IX. C. 2. p. m. 469. Quomodo perfidos Sidonios, supplices licet factos, diruerit truncauerit, nec iis reconciliari se fuerit passus, adeo vt ciues re desperata flammis se suaque exusserint, iuxta Ezech. 28, v. 21. sq. vid. ex Diod. Sic. CALVIS. ad a. 3599.

Actus V. Scena IX.

Millen. IV. Saec. VI.

LI. Num, et quomodo Natalis celebrandus sit?

731. Quid hic lætus est? Wie ist dieser so lustig?

732. Forte in iis est gaudiis, quæ sibi Natalis praebuit dies. Vielleicht geschieht solches wegen der Geburth-und Nahmens-Tags-Freude.

733. Placet: nihil enim hac die dignius omnino est, quod obseruetur: Wohl: denn solcher Tag ist fast der aller remarquabelste.

734. Sed, nonne id magis ex more fit pagano, quam vt hinc ad officia Christiana opportuniorem Te euasurum putes? Geschieht aber dieses nicht etwann mehr nach Heydnischer Gewohnheit, als daß man hiedurch zu denen Christen-Pflichten desto geschickter gemacht werde?

735. Satis quidem credo, receptum hunc fuisse morem ab Ægyptiis. (t) Ich halte zwar davor, daß dieses schon bey den alten Egyptiern üblich gewesen.

736. Horumque fretos fuisse auctoritate, Antiochum, (*) Herodem, (**) Iudaeos, (***) aliosque. (****) Und daß denen Egyptiern, Antioch,

Q 3 Hes

(t) De Ægyptiis vid. Genes. 40. v. 20. Conf. HERODOT. L. II. p. m. 117. qui *alia*, inquit, *insuper sunt ab Ægyptiis excogitata, quis mensis dierum cuius Dei sit! et quo quis die genitus? quam mortem obibit?* &c. (*) Maccab. 6. v. 7. (**) Marc. 6. v. 21. (***) GROTIVS, not. ad Matth. 14. v. 6. *A finitimis*, inquit, *regnis, mos iste in aulam Iudaicam peruaserat.* (****) Vid. *Plaut.* Pers. Act. V. Hoc age, accumbe, hunc *diem* suauem

Meum *natalem* agitemus amoenum; date aquam manibus, apponite mensam.

Millen. IV. Saec. VI. Herodes und viele Juden hierinnen nachgefolget.

737. Caue vero, dubites, quin ex vsu quoque tuo, hoc quidquid est, vetustissimi moris, esse possit. Du solt indessen nicht zweifeln, daß dir erlaubt sey, dich solcher uralten Gewohnheit auch zu bedienen.

738. Modo, huius quidquid feceris, id facias maxime pietatis caussa. So ferne du es aus Antrieb zur Gottseligkeit thust.

739. Principio ego Te credere hoc mihi vehementer velim. Vor allen andern, solt du dieses für eine unbetrügliche Wahrheit halten.

740. Non aliud esse, quod de natali, vel onomastico tuo, gaudeas. Es solle dich nichts anders zur Geburths- oder auch Nahmens-Tags Freude aufmuntern.

741. Quam quod tot res, tot prouidentiae diuinae documenta, tamque opportunè, in vnum veluti conclusa videantur diem. Als, weilen dir an diesen Tage, viele Dinge, als Beweißthümer der Göttlichen Vorsorge gleichsam in einer Summa vorgestellet werden.

742. Quem ibi, precor, commemores primum, aut quem laudes maxime? Wes solt du so dann vor allen andern eingedenk seyn, oder, wem solt du vor allen Dingen ein Dank- und Lob-Lied anstimmen?

743. Num fortunam, (u) quae gubernatrix fatorum fuerit tuorum? Vielleicht dem blinden Glücke, dem du die Führung deines Schicksals etwan zu danken habest?

744. Cui vero in clientelam et fidem, quis Christianorum sese commendauerit facile? In dessen

(u) *Timoleon*, omnia fortunae accepta tulisse dicitur PLVTARCHO, in Timol. p. m. 228. Idem de *Sylla*, laudatus auctor, probat, in Sylla, p. m. 402.

sen Schutz sich wohl kein wahrer Christ leichtlich begeben wird. Millen. IV. Saec. VI.

745. An Deum? qui in Te potestatem suam non minus, quam festiuitatem et facilitatem omnem ostendit. Oder vielmehr GOtt selbst, der so wohl seine Allmacht, als seine Freund- und Leutseligkeit an dir erwiesen.

746. Qui omnium voluptatum tuarum inuentor fuit, inceptor, perfector. Welcher dir manche Freude und Vergnügen verursachet, auch solches glücklich vollziehen lassen.

747. Et cujus gratia fautrice, familiâ forte tuâ ecquis facile viuit fortunatior? Und durch dessen Gnade dein Haus vielleicht vor vielen anderen glücklich ist.

748. Ita, vt Tua quidem domus, Te praesente, absente, pateat. Dergestalt zwar, daß man einen beständigen Zutritt zu deinem Hause finde, du magst zu Hause seyn, oder nicht.

749. Inuocato, vt sit ad mensam tuam locus semper. Auch ein ieder, so nicht beruffen worden, einen offenen und freyen Tisch bey dir finden könne.

750. Deo igitur pietatem testaturus, id ipsum, hoc iam facias magis, quod consilium is Tibi dederit, immo postulet. Wilt du nun GOtt ein Opfer bringen, so thue es darum, weil er nicht nur hiezu rathet, sondern auch solches von dir fordert. Deut. 32. Sir. 32. v. 17. C. 47. v. 19.

751. Vt collaudes Deum, secundum facta illius ac virtutes. Daß du nehmlich alle Göttliche grosse Werke und Thaten rühmen solt.

752. Idque tanta pietate facias, vt Atticam in Te elegantiam esse, nemo non videat. Und dieses zwar, mit aller ausnehmenden Beredsamkeit.

753. Huic vero, de cetero quoque Te totum da.

Millen. IV. Saec. VI. Nun, diesem deinem GOtt ergieb dich noch ferner völlig.

754 Cum hoc libenter viuere desidera. Trage ein Verlangen, mit ihm, und in ihm stets zu leben.

755. *Bene ac libenter victitat, qui in Deo viuit.* Derjenige bringt sein Leben mit Lust und Vergnügen zu, der in GOtt lebet.

756. Pelletis abs Te foras, quidquid est. Er wird alles von dir ferne seyn lassen.

757. Quo quidem perpetuo Te, fortunamque Tuam periisse putas. Welches du zu deinem, und deines Glückes Verderben, abzuzielen, erachtest.

758. Dummodo Tu, quanto in fatis Tuis spei est minus, tanto magis diuinae confidas prouidentiae. Wo du nur bey deinem wenig zu hoffenden Glücke, auf dessen Vorsorge desto eifriger und fester bauest.

759. Ac obsecres quotidie, vt seruet tua Tibi semper bona. Und wo du ihn täglich um Erhaltung deines Wohlseyns anruffest.

760. *Precibus perficiunt fideles, quod pretio obtinere nequit.* Durchs Gebeth erlangt man bey GOtt, was für Geld nicht zu bekommen.

761. Tum, optato simul ab eo, quam velit, donet annorum seriem. Bitte so dann um Verlängerung deines Lebens, so wie es GOtt gefällig ist.

762. Id optatum feres. Es soll dir gewillfahret werden.

2. Reg. 20. v. 6. 763. Dederat ille fidem Hiskiae, ita futurum. Denn eben diese Treue ließ GOtt dem kranken Hiskia widerfahren.

764. Haeres aliqua in parte inter angustae rei domesticae parietes. Bist du etwan arm und dürftig.

765. Spes in Deo tua sit. So hoffe auf GOtt.

766. *Nunquam creatus homo fuit vnquam, quin iter vitae, per plurima diuinae procurationis testimonia, habuerit.* Es ist kein Mensch erschaffen worden, der sich nicht Göttlicher Vorsorge habe zu erfreuen gehabt. Millen. IV. Senec. VI.

767. Is habet, quod, dum viuis, det, datque nemo largius. Sein Brünnlein hat ja Wassers die Fülle. Ps. 65, 10.

768. Nec enim habet is paullulum, quod det. Seine Gaben sind auch niemahls zu geringe.

769. Hinc & Te, multum ab eo accipere, necesse fuerit. Dahero du auch vieles Gute von ihm zu gewarten hast.

770. Si gratiam ei habueris maximam: So ferne du dich auch dankbahr gegen ihn erweisen wirst.

771. Ac id libenter quidem, et ex professo. Und solches zwar mit allem Ernst und Beflissenheit.

772. Et quae praeterea à Deo promissa sunt tibi, vndis abluto baptismatibus? Und was für herrliche Verheissungen that dir doch GOtt bey der heiligen Tauffe.

773. Quae omnia animus, natali die tuo, rimando, inuenire vt possit, sine dubio, opinor. Zu dessen Erwegung dir wohl deine Geburths-Tags-Andacht, eine mehrere Gelegenheit geben wird.

774. Eia! sic decet omnino natalem transigere. Wahrlich! auf diese Art begehet man recht den Geburth- und Nahmens-Tag.

775. Hac demum pietate, fatorum tuorum cymba, in tranquillo fuerit. Es soll gewiß diese deine Andacht, zur Erleichterung deines Schicksals vieles beytragen.

776. Dices: si Christianos hos mores ostendero popu-

Millen. IV. Saec. VI. popularibus. Du wirst sagen: Solt ich mich so Christlich gegen GOtt, vor meinen Land- und Stadt-Genossen bezeugen.

777. Nonne comedendum et ridendum iis me praebuerim? Werden sie nicht über mich die Zähne wetzen, und meiner spotten?

778. Sed collibeat id Thrasonibus istis. Laß du aber diese aufgeblasene Leuthe nur immer gehen.

779. Quid enim ab his impetres boni, qui se ignorant ipsos? Denn, was soll doch gutes von diesen Leuten herkommen, die da von ihrer Selbst-Erkäntniß nichts wissen.

780. Et qui vel tardi sunt, ad laudes dicendas Deo. Und die theils zum Lobe GOttes gantz träge sind.

781. Sterruntque noctes diesque. Und faulentzen Tag und Nacht.

782. Vel, dum die genethliaco suo, tot congruisse sibi commoda vident: Theils, wo sie sehen, wie viele Vortheile ihnen an ihrem Geburts-Tag mit Hauffen zugeflossen.

783. Neque tamen id gaudent, aut ad deuotam diei huius celebrationem accinguntur. Sich darüber nicht in GOtt freuen, noch sich zu einer Christlichen Feyer dieses Gedächtniß-Tages anschicken.

784. Audiunt ii non paucis, quae pietas Deo sit exhibenda, nec faciunt tamen. Sie hören wohl gnugsam, wie sie sich gegen GOtt und dessen Führung verhalten sollen, thun es aber nicht

785. *O, quanta inscitia est, id quod prodest, non facere!* Ach! Ein grosser Unverstand ist es, dasjenige was uns ersprießlich, zu unterlassen.

786. Contra, quam effusos in gulam videas, natali suo die, fatuos hos insulsosque? Hingegen,

gegen, wie vollkommen sind doch diese Thoren, und ungeschliffene Leute zur Völlerey bey ihrem Gebuhrth- oder Nahmens-Tag disponirt? Mill'en. IV. Saec. VI.

787. Accipit hoc nemo melius prorsus, neque prolixius amicos: Dieser tractiret seine Freunde zu solcher Zeit so stattlich, daß ihms fast niemand hierinnen zuvor thun kan.

788. Aut eos etiam, quibus vna secum forte domus est. Auch denen, die seine Haus- und Dach-Genossen sind, erweiset er gleichmäßige Ehre.

789. Alter in consortium recipit citharoedum gregem. Ein anderer muß dabey Musicanten haben.

790. Et qui licentiæ saxum diu iam voluerat, hunc offendas nunc longe negotiosissimum. Und der mit aller Leichtfertigkeit schwanger einher gieng, treibt so dann bey dieser Gelegenheit den grösten Muthwillen.

791. Omnia vero haec eo fini, vt prauae indoli suae, suppeditare aliquid possit, magno sumtu suo. Alles dieses zu dem Ende, damit er in seiner Unart, nicht ohne Verschwendung seiner Haabe, gestärcket werden möge.

792. Vnicum ergo est, quod Te oro. Eins ist es demnach, worum ich dich bitte.

793. Vt vbi vbi sis, id quam primum facias: Daß du folgendes thust, du magst seyn, wo du willt.

794. Omnesque hos saeculi riuales abhorreas plurimum. Wie du nehmlich iederzeit dergleichen Welt-Buhler verabscheuest.

Imi-

Millen. IV.
Saec. VI.
Hist. prof.

Imitatio LIV.

Pensum I.

Graeciae motus, belli Peloponnesiaci prodromi.

Tot res Graecorum aduersae, tot bellorum intestinorum motus, in vnam hoc aeuo veluti conclusa videbantur periodum. (741) Quem hic commemorem primum, aut quem execrer maxime? (742) Num communem Ciuitatum Graeciae ambitionem, quae sola propè gubernatrix tristissimorum dissidiorum fuit? (743) an fatum, quod in Graecos, potestatem suam non minus, quam indignationem omnem ostendit? (745) Sed, omnium calamitatum Graeciae inventor inceptorque fuit (746) infestus Messe-
3480. niis (x) Lacedaemoniorum animus, hincque enata militis Atheniensium in subsidium Spartanis contra Messenios missi, abdicatio, quem hi, vt riualem suum, abhorrebant plurimum. (794) Abiectis ita, tamque superbe, copiis suis, (Ad. 785) Athenienses, ad vindictam de Lacedaemoniis sumendam accinguntur (y) illico, (783) atque pecuniam, (z) quae ex vsu totius Graeciae contra Persas bella cientis, esse debebat, (737) et apud Delos seruabatur, vt depositum, (759) surripiunt. His vero rebus Lacedaemonii mox consilium belli toti prope Peloppoonneso dant, immo postulant simul, (750) vt Athenienses bello quamprimum (793) adoriatur. (Ad. 458) Sed Thebani, qui in consortium belli contra Athenienses recepti primum fuere, (789) magno suo se damno auxilia suppeditasse, (791) de fa-

cto

(x) Bellum hoc fuit Messenium III.
(y) THVCYD. Hist belli Pelopon p. m. 67. sq.
(z) 460. talentorum. Vid. THVCYD. L. I.

ſto experiuntur. (a) Meſſenii contra, foras à Millen. IV.
Lacedaemoniis pulſi, (756) Vrbe *Naupacto* ſibi Saec. VI.
data, multum ſe ab Athenienſibus accepiſſe,
(769) gaudebant. Dum haec geruntur, *indu-
ciae quinquennales*, quae armis obtineri, non po-
terant, *Cimonis* prudentia perficiuntur. (b) (760) 3504.
Neque tamen hic, pacis publicae perfector eſſe
potuit. (746) Vix enim in iis gaudiis erat Grae-
cia, quae tranquillitas publica, mutuaque prae-
bet concordia, (732) cum *Delphi* cum *Phocenſi-
bus* de iure Dominii in templum, quod Delphis
erat, litigare incipiunt: (And. 265) et poſtea-
quam Lacedaemoniis illi, hi Athenienſibus in
clientelam et fidem ſeſe commendaſſent, (744)
coepit denuo belli communis alea ludi. At
vero Graecia, perpetuo ſe, fortunamque ſuam
perituram, putans, (757) ſi in ſua tantopere ſae-
viret viſcera, (And. 575) pacem, (c) qua dona-
ti ſe quiuis ciuis bonus optauerat, (761) opta-
tam fert, (762) eamque triginta annorum ſerie 3508.
(761) claudit. Neque tamen hac quoque pro-
videntia, fatorum Graeciae cymba, in tran-
quillo fuit. (775) Mox enim *Samii*, cum *Mile-
ſiis*, (d) in eo diſputare incipiunt, (And. 2.) 3509.
quod in *Priene* Vrbem, (e) ius ſuum quisque
perſequi ſtatueret. (Ad. 171) Poſtea *Epidamnii*,
(f) quod eos, cum quibus vna iis domus ciuitas-
que fuit, (788) laribus eiecíſſent patriis, bello
Corinthiaco, acerrimam facem praetulere: cui
Corcyraei primum, tum Athenienſes impliciti,
hor-

(a) Vrbs Thebana diruitur, et Boeotia Thebanis eripitur.
(b) PLVTARCH. in Cimon.
(c) Pacem hanc toti orbi communem vocat DIOD. SIC. L. XII. C. 26. & THVCYD. L. 1. p. m. 75.
(d) Vid. THVCYD. l. c. L. 1. p. 75.
(e) Biantis patria. Vid. CHRISTOPH. CELLAR. Geogr. ant. p. 162.
(f) Vid. THVCYD. l. c. L. 1. f. 18. ſq.

Millen. IV. Saec. VI. horribili *bello Peloponnesiaco*, quo comedendam deridendamque sese integris 27. annis, tota praebuit Graecia, (777) occasionem dederunt.

Pensum II.

Bellum Peloponnesiacum.

Cum Peloponnesiacis his tumultibus, nihil prope in Historia Graeciae vel dignius, vel perplexum magis sit, (544) quod obseruari queat, (733) collibet, (778) ea hic edisserere, quae palmaria fere sunt. (638) Principio ego se credere hoc mihi vehementer velim, (739) non aliud fuisse, quod animos Graecorum ad mutuam internecionem conuerterit, (740) quam quod huius quidquid factum est, factum sit omnino, caussa inuidiae, (738) cui Athenienses, ob comparatam sibi auctoritatem et opes, dudum iam exponebantur. (g) Forte vero prohibuerant tùm hi, ne siue lucus suus, siue portus, forum item Atticum, praesente, absente ciue Megarensibus (h) pateret. (748) Quod, dum *Archidamus* Spartanorum rex, Ephori Menelaidis fretus auctoritate, (736) inique ferret, neque vero id, quod vellet, ab Atheniensibus impetrare posset, (779) (namque *Pericles*, (i) audiendos quidem, sed paucis, Spartanos, multo minus

(g) Vid. THVCYDIDES, qui L. I. p. m. 17. *verissimam quidem*, inquit, *sed minime celebratam arbitror belli huius exstitisse caussam*, *Athenienses*, *magnos effectos*, et *Lacedaemoniis formidolosos*, *necessitatem bellandi imposuisse*.

(h) De causa belli Peloponnesiaci, vid. PLVTARCH. in Pericle. p. m. 155. Et THVCYDID. L. I. p. m. 43.

(i) Privatum *Periclis* in Megarenses odium idem PLVTARCH. adducit, l. cit. Licet is edicto Atheniensium contra Megarenses lato, se tueretur.

minus id faciendum esse, quod vellent, suaserat, Millen. IV.
(784)) rem omnem belli fortuna fautrice (747) Stoc. VI.
definiendam statuit. (k) Scinduntur igitur po-
pulares. (776) Ac in Lacedaemoniorum gre-
gem recipiuntur, (789) omnes prope Pelopon-
nesii, (l) tum Megarenses, Locri, Boeotii, Pho-
censes, Ambraciatae, Leucadii, denique Anae-
torii, contra cum Atheniensibus stabant (Ph.
851.) Chii, Lesbii, Plataeenses, Messenii, A-
carnanes, Corcyraei, Zazynthii, Cares, Dori-
enses, Iones, Hellespontus, Amphibolis, reli-
qui. Necinuocatus certè (749) comparuit Rex
Macedonum *Perdiccas*: fuit quoque *Sitalci* Thra-
ciae regi, in auxiliis Atheniensium, locus. (749)
Ac collaudanda est illico Atheniensium virtus,
(751) quibus totam se dare oportuisset Pelo-
ponnesum, (753) nisi altero mox belli anno, Li-
bitina, tot Atticae heroas, tamque importunè,
atrocissimae peste, in vnum veluti tumulum
conclusisset. (741) Quin et *Pericles*, eodem hoc
fato emoritur, (Heaut. 824) in quo cum antea,
omnium fere Atheniensium commoda congrue-
re videbantur, (782) omnia iam obitu illius clau-
sa fuere. (m) (91) Legati interea Lacedaemo-
niorum, auxilia ab Artaxerxe Longimano im-
ploraturi, (Ad. 506) contra receptum morem,
(735) ab Atheniensibus sic accipiuntur, vt ne-
mo prorsus peius violentiusque. (n) Mox *Pho-
cionis*

(k) Grauem *Archidami* orationem de inferendo Atti-
cae bello, recensee THVCID. l. c. L. II. p. m. 107. sq.

(l) exceptis Argiuis et Achaeis.

(m) post huius enim mortem ciues ambitioni et priuato
quaestui dediti erant, in perniciem reipublicae. THV-
CYD. L. II. p. m. 142.

(n) Inter reliquos delegatos fuit *Aristaeus* Corinthius,
Ameristus, *Pratodemus*, cet. quos *Sadocus*
Sital-

Millen. IV. *cionis* opera vincuntur Lacedaemonii. Sed hi
Saec. VI. Vrbe Plataeensi diruta (Ad. 988.) subactisque Lesbiis, satis produnt, non se vel stertere dies noctesque, (781) vel ad vlciscendos hostes tardos esse, (780) sed ad infringendam aduersariorum vim, in dies se euadere opportuniores. (734)
3523. Et licet post varios belli *Siculi*, inter *Leontinos* Syracusanosque euentus, Graeci, saxum hoc intestini dissidii, diutius voluturos se metuentes, (790) inducias *) primum, mox pacem **) facerent, quisque tamen ad genium suum reuertebatur. Nam dum inter *Argiuos* et Epidauros, ingens animorum esset discessio, (And. 330) atque hi Lacedaemoniorum, illi Atheniensium impetrarent auxilia, (779) erat omnino, quod in alterutrius partis perniciem offenderetur. (790)

Pensum III.

Belli Peloponnesiaci exitus.

537. Hic vero Atheniensium robur ac fortuna, primum labascere visa est. (93) Namque *Alcibiadis* nutu, Aegestanis, à Syracusanis pressis, dum opitulantur, (And. 69) huius mox perfidia, experiuntur, Lacedaemonios, totamque iam prope Peloponnesum, iras, in se largius, ac putabatur, (767) ac ingenti cum Attici militis detrimento, (o) euomere. (Ad. 365) Satis credo, (735) infelices exstitisse Athenienses propterea, quod

Sitalcae Regis Thraciae filius, Atheniensium amicus, intercipit, Athenasque deuehi iubet. Vbi indemnati omnes interemti, atque in fossas deiecti. Vid. THVCYD. L. II. p. m. 144.

(*) An. 3527. (**) An. 3529.

(o) 40000. militum, per *Gylippum* Lacedaemoniorum Ducem caesa, reliqui in Latomias detruduntur. THVCYD. L. 7.

quod consilium *Niciae*, qui bene ac libenter vi- Millen.IV.
dituturum ciuem Atticum tum dicebat, (755) si Saec. VI.
cum concordia libenter vixerit, (754) aspernati fuerint illiberaliter. (Phor. 373) Sed Athenienses, quanto in fatis suis spei minus esse cernebant, tanto magis virtuti suae confidere videbantur. (758) Nec minus fortuna facilitatem festiuitatemque suam in iis ostendere putabatur. (745) Nam et Lesbum Chiumque cum Clazomenarum Vrbe sibi restituebant in integrum, (Phor. 446) et *Alcibiades* haerentibus magna in parte, inter exhaustae et desperatae rei domesticae parietes, (764) interuenit: (And. 471) qui mari et terra fortunatior, quam sperari poterat, (747) Lacedaemonios coërcuit, eosque eo redegit, vt vnicum id iis superesset, quod orarent aduersarios, (792) pax videlicet. Sed o, quanta inscitia est, id quod prodest non facere! (785)
3541.
Etenim Athenienses, repudiata prorsus pace, (And. 468) (vt insulsi fatuique solent, (756) et qui se ignorant ipsos, (779)) omne simul fortunae beneficium repudiarunt. Nam non modo Alcibiades, à Lacedaemoniis, Persarum suffultis auxilio, caesus est, sed et reliquus miles
3545.
Atticus, ad Aegos *ποταμοὺς* periit funditus; (And. 96) quinimo nec classis ipsa, in qua spes adhuc Atheniensibus fuit, (765) internecionis euasit periculum. Tandem, rimando, quid ad reipublicae salutem conduceret, inueniunt, (773) petendam esse a Lacedaemoniis pacem. Neque vero in impetranda ea, vel attica iis eloquentia profuit. (752) Equidem rebus iam ad occasum inclinatis, et Spartanis, qui mores obsidentium vrbes essent, demonstrare nitentibus, (776) mittitur *Theramenes*, pacis tolerabilius implorandae caussa. Cui tamen gratiam ciues sui habebant nullam, (770) quod dederit fidem hostibus, ita

Millen. IV. Saec. VI. futurum, (763) vt inter reliqua (p), quae Atheniensibus haud aeque placuere, (733) moenia Vrbis, cum Piraeo, diruantur. Sed quem hic Atticum ciuem laetum fuisse existimes? (731) cum ad tibiarum cantum (q) muri quaterentur.
3546. Eia, siccine decuit supremum libertatis Atticae diem transigere? (774)

PVBLII

(p) Vid. IVSTIN. L. V. c. 8. vt res publica ex semetipsis 30 rectores acciperet: naues, quae reliquae forent, traderent, cet.

(q) Vid. PLVTARCH. in Lysandro p. m. 391. vbi, *proinde Lysander*, inquit, *multas ex Vrbe tibicinas euocauit, omnes etiam, quas in castris habebat, conduxit, et ad tibiae sonitum muros deiecit, triremesque cremauit, coronatis, et ludentibus sociis, perinde ac si illa dies libertatis initium esset.* Mitius hoc fuit fatum, quam quod *Erianthus*, de Athenis fatus erat, Vrbem scilicet euertendam, agrumque pecoribus ad pascua relinquendam esse. PLVTARCH. l. c.

Finis Eunuchi.

PVBLII TERENTII

Millen. IV. Saec. VI.

HEAVTONTIMORVMENOS.

Prologus.

LII. Aliis, non sibi tantum viuendum est. (a)

1. Eum esse quaestum maximum, iam dudum in animum induxere sapientes: Ein jeder Verständiger hält es davor, daß es der beste Gewinn und Vortheil sey.
2. Alienis, si id in te situm sit, seruire quam maxime commodis. (b) Wo man sich nach Vermögen befleißiget, dem Nächsten zu dienen.
3. Quam ob rem enim partes didicit suas artifex? Denn, warum hat doch ein Künstler seine Kunst erlernet?
4. Quam, vt cum labore summo, agendum ne sit idem alteri: Als, damit andere eben dasjenige, auf eine weit mühsamere Art zu thun nicht benöthiget seyn dörften.
5. Cur caussidicus efficere conatur, vt animum iudex inducat suum, caussam iustam esse? Warum sucht ein Rechts-Gelehrter den ihm aufgetragenen Proceß glücklich auszuführen?
6. Quam clientis sui caussa. Als, nun seinen Clienten das Genügen damit zu thun.

(a) SENECA, L. I. Ep. 48. Alteri viuas oportet, si vis tibi viuere.

(b) PLVTARCH. Moral. de occultè viuendo, p. m. 116. Si virtus tibi adest, noli esse inutilis.

Millen. IV. Scen. VI.

7. Porro, laboriosum si quid est, curritur ad Magistrum: Ferner, kommt der Jugend was schwehr auszuführen, so bedienet sie sich des Lehrers Hülfe.

8. Mox ad militum gregem prouinciae defertur tranquillitas. Bald wird die Sicherheit des Landes, der Hut derer Kriegs-Leute anvertrauet.

9. Cur partes nonnunquam adolescentibus damus, quae sunt alioqui senum? Warum müssen offt iunge Leute die alten in seinen Geschäften überheben?

10. Cur hic, quod cogitare potuit commode, alteri perorandum exhibet? Warum läßt mancher sein Concept einem andern her sagen?

11. Quem forte nouit aliquid posse a facundia. Den er etwan für einen besondern Redner hält.

12. Cur ad studium hic se adplicat musicum (c) Warum begiebt sich ein anderer zur Erlernung der Music, und Poesie?

13. Cur rerum nouarum spectandi faciunt copiam actores? Warum werden doch manche Neuigkeiten auf dem Schauplatze vorgestellet?

14. Cuncta haec certe id primum et potissimum Alles dieses, gewiß, aus der vornehmsten Absicht.

15. Vt aliqua pars, siue laborum, siue curarum, minuatur reliquis: Damit die übrigen mancher Bemühung und Melancholie entlediget würden.

16. Et

(c) Vid. ARISTOTEL. Polit. L. VIII. C. 3. vbi inter quatuor ea, quae discenda sunt iuuentuti, *musicam* quoque refert, disciplinam, non tam vtilem ac necessariam, quam liberalem ac honestam. *Platonem* rerum musicarum fuisse peritum *Plutarchus* docet, de Musica, Eth. P. II. p. m. 560. sq. vbi demonstrationes, quibus Plato in Musicis vsus est, vberius leges.

16. Et cur oratores voluit esse Deus verbi administros? Und warum hat GOtt die Diener am Worte GOttes zu Rednern eingesetzet? Millen. IV. Saec. VI.
17. Quam vt assidue agendi iis sint alienae salutis procuratores: Als daß sie an ihnen selbst das Bild eines fleißigen Beförderers des Heils derer Zuhörer vorstellen mögen.
18. Qui tamen ingenio quidem freti, haud saepe natura sua huc accedunt: Die aber nicht so wohl an Gemüths-Gaben, als vielmehr an Leibes-Kräften manchen Mangel besitzen.
19. Dumque nihil parcunt sibi, nec finem faciunt dicendi: Und da sie sich selbst gar nicht schonen, noch im Reden und Predigen die Maase zu halten pflegen.
20. Exemplum in se statuunt: So bekräftigen sie es mit ihrer eigenen Erfahrung.
21. *Aliis inseruienda, per silentium veluti consumi homines* Wie man bey Bedienung eines andern, sich selbst ohnvermerkt aufzureiben pflege.
22. Ergo, quisquis es, numquam auare pretium statuas ipse tibi: (d) Ein jeder demnach halte von sich selbsten niemahls so hoch und so interessirt.
23. Quin, in vtramque partem ingenium quod possit, omnesque vires tuae, experiantur alii. Daß nicht andere zugleich erfahren müsten, was dein Witz und deine Kräfte, dir so wohl, als deinem Nächsten ersprießlich zu seyn, vermögen.
24. Et si non piguit Seruatorem, insano vt seruo seruiat, hominem, immo seruum induere. Und wo es dem Heyland nicht verdrüßlich gefallen, die Gestalt eines Menschens ja eines Knechts Matth. 20. v. 28. Phil. 2, 7.

(d) Non peccat quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad vtilitates suas conuertit. Senec. L. I. Ep. 48.

Millen. V. Saec. VI. Knechts anzunehmen, damit er in seiner Erniedrigung dem leichtfertigen Knechte dienen möge.

25. Habes omnino exemplum, quo tibi licere id facere, quod ille fecit, putes. So hast du allhier ein schönes Beyspiel, eben dasselbe an deinem Mit-Knechte zu üben

26. Contra, tuum facio iudicium: Hingegen, ich überlasse dirs zu einer Ueberlegung.

1. Sam. 25. v. 3. 27. Quid pro se dicere possit auarus Nabal, ac idem ἑαυτὸν τιμωρούμενος. Was der geitzige, und sich selbst abstrafende Nabal zu seiner Rechtfertigung einwenden könne.

28. Quem rumor distulit maleuolum: Von dessen üblen Conduite man so viel Nachricht hat.

29. Alendi tantum ventris sui copiam dare consueuisse: Er habe nur seinen Bauch besorget.

30. Nec vnquam alteri potestatem rebus vtendi suis, dedisse: Auch niemahls seine Haabschaft zum Gebrauch des andern angewendet.

31. Paucis iam, quid velim dabo. Ich will mich nun kurz expediren.

32. Si quid arbitrium meum, meaque valet existimatio: So man sonst meinen Rath und Gutachten billigen will.

33. Et si plus aequioris, quam iniquioris hominis oratio possit: Und wo man mehr einem redlichen als boßhaften Munde glauben will.

34. Omnes videlicet oratos volo: Ich bitte nehmlich alle und iede.

35. Vt placere aliis potius, quam sibi studeant. Dahin besorgt zu seyn, wie sie mehr den andern als ihnen selbst gefallen mögen.

36 Qui id faciunt, his in via felicitatis comparandae nulli aduersus eunti, decedere opus est. Die solches thun, dörffen auf dem Glücks-Wege keinen ihnen entgegen kommenden Dingen ausweichen.

37.

37. Quippe, vetus experientia dictitat: Massen man von Alters her die Erfahrung hat. Millen. IV. Saec. VI.

38. Felices esse, qui fruendi sui faciunt copiam: Wie alle so sich zum Vortheil eines andern gebrauchen lassen, glückselig seyn. Proverb. 5. v. 16.

Imitatio LV.

Motus Graeciae, bellum Peloponnesiacum sequuti. *Hist. prof.*

Compressis ita, edomitisque Athenis, ad *XXX. rectores* attica deferebatur tranquillitas. (8) 3546. Sed induxerant hi illico in animum, eum esse maximum quaestum, suis magis, quam alienis seruire commodis, (2) administratoque seuerius longe principatu, rem publicam per silentium veluti, consumere (e) (21) Mox in *Alcibiade*, exemplum tyrannidis statuitur; (10) quem, ne quidem in via (f) fato suo decedere rectorum ausus permiserat. (36) Horum SOCRATES Socrates. crudelitate, is profecto vir, cuius in vtramque 3550. partem ingenium quid posset, tota experiebatur Graecia, (23) sublatus quoque est, (g) vtpote, quem

(e) *Cleonitus* apud Xenophonta dicit, octo mensibus plures Atheniensium sublat s à tyrannis fuisse, quam à Spartanis hostib s, annis decem.

(f) Profectus ad Artaxerxem Regem Pers. in itinere viuus in cubiculo crematur. IVSTIN. L. V. C. 8.

(g) Vid. VALER. MAX. L. VII. C. 2. ext p. m. 356. vbi post multa grauiter à philosopho dicta et facta, veneno sublatum, memorat. Conf. GELLIVS. L. 17. C. 21. ÆLIAN. L. I. C. 16. Grauia sunt SENECÆ verba Epist. 104. vbi *accipite*, inquit, *per pessitium senem*, *per omnia aspera iactatum*, *invictum tamen — — — Nouissima damnatio esse sub grauissimis hominibus im-*

Millen. IV. quem tumor distulerat maleuolus, (18) (vti plus Saec. VI. nonnunquam iniquum potest, quam aequum oratio, (33) quod ad studium nouos colendi Deos sese applicuisset. (12) Quin nec *Therameni* socio, (h) Tyrannorum pepercit saeuitia, (19) quod animum induxerit suum, caussam hominum veteratorum iniustam vocare. (5 Et, quotusquisque de re publica bene meruerat, exulis ludum assidue agere cogebatur. 17) Excitus his tandem rebus THRASYBVLVS, (i) aliquid patriae libertatis caussa (6) moliri coepit, atque sumtis 3547. partibus, quae sunt alioqui ducum heroumque, (9) tyrannos bello petere constituit. Fauit in- *Thrasybulus.* stituto fortuna, efecitque, vt arbitrium Thrasybuli, illiusque de liberanda patria existimatio, multum apud exsules valuerit. (12) Ac mox quidem arcis *Phylunes* potitus, nefarios docuit dictatores, quàm ob rem partes militis iuxta ac imperatoris didicerit? (3) Et quamquam hi oratum eum volebant, (34) quantum quisque a facundia posset, (11) vti bellandi finem faceret, (1) sponderentque, fore, vt et illi potestas rebus vna secum vtendi publicis, impune dari possit; (30) maluit is tamen patriae placere, quam sibi, (35) atque adeo, summo cum labore, (4) quantumque vires suae poterant, (23) iustam caussam aequissimo bello perorandam tam diu decernit, (10) donec pro se, vel populares sui dicerent, (27) quorum de conatu suo ultro fa- 3549. ciebat iudicium, (26) vel ipse *Pausanias*, Spartanorum Rex, pacis conciliandae, fruendarumque Athenarum copiam ei dedisset. (38) Neque tamen sid de erat ratio, cur nouorum motuum spectandi facerent copiam actores Lacedaemonii?

impleta: obiecta est et religionum violatio, et iuuentutis corruptela, quam immittere in Deos, in patres et rempublicam dictus est.

(h) IVSTIN. L. V. C. IX. (i) IVSTIN. l. c.

nii? (13) quod namque vetus experientia dictitat, (37) *quanto maiores quis acceperit vires, tanto hunc minus alteri statuere pretium solere*, (22) illud de Spartanis cogitari heic potest commode. (10) Paucis dabo, quid velim. (31) Viribus hi freti suis, (18) habere se exemplum putabant, quo sibi liceret id, quod potentissimi quique faciunt. (25) Hinc, iam *Cyro*, contra *Artaxerxem Mnemonem*, iam Phocensibus, contra Boeotios auxilii dant copiam, (29) iam Cadmeam Thebanorum arcem, duce *Phoebida* intercipiunt. (Eun. 47.) Quod facinus audax, tam laboriosum demum exstitit, (7) vt omnis Spartanorum pernicies huc recurrere visa sit, (7) omnemque prope partem gloriae Laconicae, his initiis minui oportuerit. (15) Millen. IV. Saec. VI.

Actus I. Scena I.

LIII. Magna educationis prudentia est, nosse liberos.

39. Quamquam notitia inter parentes ac liberos, non nupera admodum esse debeat: Ob man zwar seine Kinder weit genauer, als der gestern allererst ankommen, kennen muß. Eccl. II, 19. sq.

40. Tamen, ita minus adtente parentum officia funguntur plerique: Gleichwohl sind manche Eltern bey Beobachtung ihrer Pflicht so unachtsam.

41. Vt aliena curare malint, eaque, nihil quae ad se adtinent: (k) Daß sie lieber Sachen vornehmen, die sie nichts angehen.

(k) *Plaut.* Stich.
Sed curiosi sunt hic quam plures mali,
Alienas r s qui curant studio maximo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, &c. Act. II.

Millen.IV. Saec.VI.

42. Quam vt, qui vsus sit liberis: Als, daß sie die Sitten-Art ihrer Kinder, so wohl,

43. Quidue sibi hic opus facto sit, pernoscant. Als die Weise, wie man denen Kindern hiebey begegnen müsse, ihnen bekandt machen wolten.

44. Sunt, qui nec percontantur, (l) quid filius agat adolescentulus, multo vero minus monent. Es gibt Eltern, die nach der Aufführung ihres Söhnches nicht viel fragen, viel weniger bey Zeiten billige Gegen-Erinnerungen thun.

45. Quasi tantum abs re sua sibi otii non esset: Als wann es ihnen ihre Berufs-Verrichtungen zu thun nicht zuliessen.

46. Aut, si quid occipiat is perdite. Oder, wo der Jüngling etwas beginnet, was zu seinem Verderben abzielet.

47. Aut praeter aetatem mali faciat: Auch an der Boßheit seine Jahre übertrift.

48. Hominem esse, nec quidquam humani ab eodem alienum fieri (m) putant: So übertünchen sie solches alles mit der Farbe der menschlichen Schwachheit, die uns angebohren sey.

49. Atque adeo, quod in liberos dignum se sit facere, non reperiunt: Mithin finden sie nichts, was ihrer Pflicht bey Erziehung der Kinder gemäß wäre.

50.

(l) Perstringit horum negligentiam circa obseruandos prolium mores, expiscandosque, *Plutarchus*, de instit. puer. C. XIII. Conf. *Aristotel.* Moral. L. X. C. X. vbi de Graecis ita: cura educationis liberorum neglecta in plerisque fuit, viuebatque vnusquisque, vt voluit, Cyclopum more, *filiis dans iura suis.*

(m) Hinc audias saepe Parentes imprudenter loqui: *Atque haec stultitia est, me illi vitio vertere, Egomet quod factitaui in adolescentia.* *Plaut.* Epid. Act. III. Sc. III.

50. Dum interea adolescens, ex nimia indulgentia, fas sibi esse existimat: Da indessen das liebe Kind, aus unmäßiger Verzärtelung für erlaubt hält. Millen. IV. Saec. VI.

51. Omni voluptate ac licentia frui: Aller Wollust und Ausgelassenheit zu pflegen.

52. Dum vel conuiuas moratur ipse: Da es entweder selbst seine Mit-Schlemmer ins Haus erwartet.

53. Eosque sibi semper esse vult conscios: Und will mit ihnen eine stete Cameradschaft halten.

54. Vel alio Dionysiorum (n) caussa concedit: Oder auch liederliche Fast-Nachts-Spiele besuchet.

55. Hoc vero parentum ingenio in liberos, leni admodum: Mit welcher Verzärtelung der Kinder so dann,

56. Crescit prolis licentia pariter, atque pernicies: Wird mit der zunehmenden Freyheit und Ausgelassenheit, wohl der Untergang der Kinder selbst zugezogen.

57. Vt vel, dum ad virtutem sero demum impellitur: Daß sie entweder, da man sie zur Tugend zu spät anhalten will,

58. Nihil opus esse monitore, audacter moneat: Trotzig einzuwenden wissen, sie brauchten keines Anführers mehr.

59. Vel prorsus ad surripiendos rastros, penuria adigatur: Oder gar zu Tage-Löhnern aus Noth werden müssen.

60.

(n) Bacchus alias dicitur Dionysus, ἀπὸ τῦ Διὸς: quia *Ioue* genitus, atque in *Nisae* antro, vel monte, in quo vitis et haedera nasci solebat, educatus dicitur. Vid. STRABO L. XIV. p. m. 787. add. NATAL. COMES, Mythol. L. V. C. 13. Hinc Dionysia, sacra Bacchi.

Millen. IV. Saec. VI. 60. Alii contra, in propinqua paternae auctoritatis parte putant: Es gibt hingegen Eltern, die da meynen, sie könten ihr Väterliches Ansehen ihren Kindern nicht besser einschärffen.

61. Si liberos, praeterquam res adhortetur sua: Als wenn sie, ihren Kindern, da es auch nicht nöthig.

62. Non humaniter, neque vt aegrum animum decet adolescentuli. Unfreundlich, und nicht, wie es mit einen schwachen Gemüthe umzugehen ist.

63. Sed vi, et via peruulgata patrum, tractent. Vielmehr aber stürmisch, und nach gemeiner unbesonnener Väter Art, begegnen.

64. Quotidie hi mores liberorum accusant. (o). Diese finden täglich etwas an ihren Kindern zu strafen.

65. Nec alias hos dicunt suos, quam dum, quod se dignum est, fecerint. Und wollen sie nicht eher vor ihr Blut erkennen, biß sie nicht in allen Stücken ihre kindliche Pflicht beobachtet haben.

66. Sed, quorsum hac postremo rigiditate res redit? Aber, wo will endlich diese Schärffe hinaus?

67. Adolescens certe, saepius et grauiter audiendo minas: Gewiß ist es, daß, da der Jüngling die Drohungen, so überhäuft und zugleich verdrossen anhören muß.

68.

(o) Non parum in correptione momenti habet prudens temporis et opportunitatis obseruatio. Non enim eadem semper est habilitas aut dispositio in corripiendo, ad correptionem tentandam aut admittendam. Et quemadmodum non quouis tempore, in primis feruente paroxismo, morbum medicamentis adgredi solemus; sic nec aegraementis sanatio intempestiue per correptionem tentanda est, ne morbum, mora aliqua sanabilem, magis irritemus et augeamus. Vid. *Ioach. Langius*, Medic. ment. P. V. C. III. de Veri commun. §. 59. p. 557.

68. Nec, quanti se pendat pater durus, vsquam Millen IV.
ostensum sibi esse quaerens: Auch sich darüber Saec. VI.
zu beschweren hat, wie nehmlich man ihme die
Väterliche Liebe niemahls entdecket habe.

69. Amplius non ita se credere patri audet, quod
aequum esset quidem: Er auch das gehörige
Vertrauen zu den Eltern nicht haben könne.

70. Quin facit aliquid, quo hanc sibi leniat du-
ritiem: Sondern vielmehr dahin trachte, wie ihm
doch solche Schärfe etwas unempfindlicher vor-
kommen möge.

71. Aut enim clam patre proficiscitur, quo
eiectum se, iniustitiâ patris, putat miser. Denn,
entweder nimmt er ohnvermerkt die Flucht, als
wozu ihm das ungerechte Verfahren der Eltern
Anlaß gegeben.

72. Aut, lacrumas, iniuriis patris excussas sibi,
profundit. Oder wenigstens, beweinet er das
ihm angethane üble Tractament.

73. Animo perturbato atque incerto prae aegri-
tudine: So, daß er sich vor Bekümmerniß und
Unruhe selbst nicht fassen kan.

74. Quam vero à parentibus maximum sic pec-
catum sit, Apostolus probat: Wie sehr aber hie-
mit von Eltern gefehlet werde, zeiget der Apostel
an.

75. Filios familiariter monendos esse, docens: Col.3.v.21.
Welcher eine bescheidene Kinder-Zucht von ihnen Eph.6.v.4.
erfordert.

76. Nonne in exercendo iure paterno, plus egit
Brutus? (p) Hat nicht der Römische Burger-
mei-

(p) Filios is suos, Tarquiniis fauentiores, virgis caesos, et
ad palum religatos, securi percuti iussit. *Exuit pa-
trem, vt Consulem ageret*, inquit VALER. MAX.
L.V C 8. p.m. 286. Supplicii seriem, et quae id cir-
cumstabant, reliqua, lamentabili stilo describit
Dionysius Halicarnass. antiqu.Rom.L.V.p.m.86.b.

Millen.IV. Saec.VI. meister Brutus, in Beweisung des Väterlichen Rechts zu viel gethan?

77. Qui in opere consulari faciundo, omnem patris operam consumsit, immo deuorauit. Welcher für eine vollkommene Bürgermeisterliche Redlichkeit, alle Väterliche Liebe gänzlich aufgeopfert.

78. Nullum iam tempus remittendum est, quin prolem tuam respicias: Laß demnach keine Zeit zurücke, da du dein Augenmerk auf dein Kind richten kanst.

79. Numquam te poeniteat, quantumcunque hic operis fiat: Laß dich die Mühe niemahls verdriessen.

80. Si quid forte laboris est gnato tuo, quem moliri non conuenit: So etwann dein Sohn was unbilliges vor hat.

81. Ita facito prorsus: So thue es also.

82. Ne retice, quaeso, sed mone, vt educationi tempus est. Und verschweige nichts, sondern ermahne ihn, so lange er noch in deiner Zucht ist.

83. Est enim aliquid rei, cur id facias: Denn du hast grosse Ursache dazu.

84. Officium, puta, patris, sanguinisque vicinitas: Nehmlich, in Ansehung deines Väterlichen Rechts, und der Blut-Verwandschaft.

85. Alioqui, tute de te supplicium dederis. (q) Sonst wirst du dich selbst bestrafen müssen.

86. Si ita versari permittas proles, quasi nemo sit, qui corripiat. Wo du deinen Kindern allen Muthwillen, ohne sie zur Strafe zu ziehen, zulässest.

87. Certe, num habeant sic parentes liberos, nec ne,

(q) Possessor bouis cornupetae luit poenam, Exod. 21. v. 29. quanto magis parentes liberos male educantes, ad poenas trahentur. Vid. CHRYSOSTOMVS serm. 60. in Matth.

ne, incertum est: Wahrlich, ob man auf solche Art Kinder habe, oder nicht, ist ungewiß. Millen. IV. Saec. VI.

88. Nempe, si hi ex nimio otio, vel amori operam dent, clam parentes: Woferne sie nehmlich bey ihrem Müßiggange entweder verbotener Liebe pflegen.

89. Vel viuo patre, licere sibi quidquam huiusmodi existiment. Oder auch denken, solches seye ihnen bey Lebzeiten der Eltern noch wohl erlaubt.

90. Non errant, si id credant alii, te, ignorata prolium indole, tuam ignorare calamitatem: Diejenigen haben nicht unrecht, die es davor halten, wie du bey einem so schlechten Känntniß deiner Kinder dein Herzeleid selbst nicht recht einzusehen, vermagst.

91. At, cur sic te crucias? tantum ne de te meruisti? Warum thust du dir doch so weh? hast du es um dich verschuldet?

92. Ego vero, si non re, consilio certe, iuuerim te, si monuero: Ich dörfte dir aber, wo nicht mit der That, wenigstens mit Rath, beyspringen, so ich dir folgende Erinnerung gebe.

93. Vacuum tempus, ne quod des tibi disciplinae: Laß keine Zeit ohne Haus-Zucht vorüber gehen.

94. Sed nec aequum te fecisse puta, si vltra, quam meritum est prolis, huius acta producas accusando: (r) Aber denke auch nicht, daß es allerdings recht sey, alle Kleinigkeiten dem Kinde mit Nachdruck vorzurücken.

95. Saepe expleturus fuisset parentes filius: Es würde oft der Sohn seinen Eltern etwas zu Willen gethan haben.

96.

(r) Ita Saul in Ionathanem filium plus iusto rigidior. 1. Sam. 14. v. 39. Conf. Proverb. 19. v. 18. Genes. 31. v. 14. sq. Sic *Manlii* filius imperioso se patre natum, experiebatur. *Liv.* L. VII. C. IV.

Millen. IV. Sec. VI. 96. Si illum obsequentem alioquin, recte quis aut commode tractare nouisset: Woferne man dessen Obliegenheit klüglicher hätte zu begegnen gewust.

97. Non alias enim gloria liberis, quam prudenti reperitur educatione: Massen die Kinder erwerben ihnen den Ruhm fast allein durch ein vernünftiges und bescheidenes Tractament.

98. Dumque tum sibi parcit pater, cum ad seueritatem impellitur: Wie auch, da man sich so dann zu menagiren weiß, da sonsten die allerschärfste Strafe, statt findet.

99. Est sententia. So kommt es darauf an. (Dies ist meine Meynung.)

100. Si recte sperandum sit, de adparanda liberis felicitate. Woferne man, von dem künftigen Glücke derer Kinder, etwas hoffen will.

101. Vt apud se versentur, pater, quasi militatum accessissent: daß sie immer, wo möglich um dich seyn, als wenn sie sich stets zu einer Kriegs-Disciplin und Musterung anzuschicken hätten.

102. Operas militis Christiani sedulo facturi: Woselbst sie sich so dann, als auf einem Kampf-Platz, im Christenthum üben mögen

103. Illius porro solius prope caussa solicitus esto: Du solt ferner dasjenige meistens besorgen.

104. Vt aetate te putent hi et sapientia plus scire ac providere, quam se ipsos sibi. Wie deine Kinder belehret werden mögen, es können die Eltern ihnen bey weitem besser rathen, als sie ihnen selbst.

105. Ætas quippe hæc ad instillanda ista idonea est: Massen dieses Alter solche Dinge am besten zu fassen weiß.

106.

106. Deinde, ad colendam vitam, inopem etiam, (s) ducendi sunt liberi. So dann müssen die Kinder auch zu einer schlechten und geringen Lebens-Art angewöhnet werden. M^ill^en. IV. Saec. VI.

107. Non sit, qui soccos iis detrahat: Man lasse sie nicht beym ausziehen der Schuhe bedienen.

108. Non sit qui lectum sternat comte. Auch lasse man ihnen nicht das Bette auf das delicateste zubereiten.

109. Non sint tot ancillae, quae eos vestiant. Man verstatte ihnen auch an Kleidern und Wäschen keinen Ueberfluß.

110. Non sit, qui caenam iis basilice adparet: Man lasse ihnen auch nicht die herrlichste Speisen vortragen.

111. Nec desint exempla eorum, qui opere rustico faciundo, facile victum exercent suum: Man stelle ihnen immer vor das Beyspiel solcher Leute, die da durch harte Arbeit ihre Nahrung suchen müssen.

112. Ac velut inscribendae essent aedes, et quasi coactae fuerint pecuniae nullae: (t) Und als

S wenn

(s) *Ad cuncta enim, ad quae possibile est, statim ab initio melius est adsuescere*, inquit ARISTOTEL. Polit. L. VII. C. 17. *Cato*, filio suo nimis duram et tenuem victus rationem non prius remisit, quam dum corpusculum laboribus par haud esse videret. PLVTARCH. in Catone mai. p. m. 309.

(t) Quam infeliciter parentum plerique liberis suis diuitiarum opinionem instillent, PLVTARCH. de cupidit. diuitiar. auctor est, qui *auari*, inquit, *dum heredes suos instituere volunt, perdunt eos potius, auaritiam iis et sordes implantantes, eamque quasi arcem et castellum tutandae hereditatis aptum in animis eorum exaedificantes. At, cum hi didicerint, nihil admirari quam diuitias,* paren-

Millen. IV. Saec. VI. wenn man wegen des Mangels am gesammleten Gelde und Reichthum, das Haus im Verkauf stellen müste.

113. Ita in officio exercenda est continendaque proles. Also muß das Kind zur Beobachtung seiner Pflicht angeführet werden.

114. Nullam certe, id faciendo, iniuriam gnato feceris: Auf welche Weise du deinem Sohn gewiß kein Unrecht anthun solt.

115. Est enim, manetque porro tuus ille particeps: Denn er ist ja, und bleibet dennoch dein Erbe.

116. Licet is sedulo pro se faciat officium: Ob er gleich sein kindlich devoir beobachtet.

117. Et si is sapit, comperiet profecto ex tuo in se ingenio: Und wo er nur klug ist, wird er aus deiner Auffführung ersehen.

118. Numquam se alias abs te haberi, quam in filii loco: Wie du ihm bey diesem allen recht väterlich gewogen seyst.

119. Hoc vbi fit, et parentes ac liberi, vtrinque satis sese norunt, tum ibi vere demum viuitur: Wo nun solches geschieht, und die Eltern so wohl, als auch Kinder sich untereinander verstehen, das ist so dann das herrlichste Leben zu nennen.

Imi-

parentum vitam suae impedimento esse existimant, et quantum iis accedat temporis, tantum sibi decedere.

Missen. IV. Saec. VI. *Hist. profana.*

Imitatio LVI.

Bellum Thebanum, Sociale, sacri denique initia.

Pensum I.

Cum quid facerent, quo Lacedaemoniorum sibi lenirent Dictaturam, *Thebani*, (70) non reperirent illico, (49) PELOPIDAS, (v) et 3571.
qui ei fuere conscii adolescentes, (53) praeter aetatem rem suscipiunt, (47) vindicandae patriae deseruituram. Eorum quippe habitu induti, qui opere rustico faciundo victum exercent suum, (111) Thebas ingrediuntur; tum, detractis soccis, (107) ancillarumque more vestiti, (109) de Spartanis, qui militis quidem praesidiarii operas faciebant, (102) sed tum coena basilicè sibi adparatâ laetabantur, (110) conviuas item feminas morabantur ipsi, (92) coenaculum clam vigiliis ingressi, (71) supplicium dant, (85) atque sic libertatem, cuius solius caussa fuere soliciti, (103) patriae restituunt. Sed, quorsum postremo hac siue rigiditate, siue audaci facinore res rediit? (66) Quisque profecto, quemadmodum sua quidem res adhortabatur, (61) vi, et via pervulgata hostium (63) 3579.
iura sua tuebatur. Ac primum ad *Leuctram* *Pugna Leuctrica.*
Spartani (x) certabant perdite, (46) dum imperatoris officium EPAMINONDAS, (y) sedulo

S 2

(v) Vid. PLVTARCH. in Pelopide. p. m. 254. sq. Conf. CORNEL. NEPOS. in Pelop. C. 2. sq.

(x) Cleombroto duce, PLVTARCH. l. c. p. 259.

(y) Vno enim hoc praelio non solum Thebas ab interitu [illegible]

Millen. IV. dulo pro se, Thebanisque faceret, (116) prius
Saec. VI. vero *Scedasi* augurio, (z) qui eodem loco quondam lacrumas, fato filiarum suarum excussas, profuderat, (72) mox vero, iniustitia Senatus Lacedaemonii ad inferendas sibi manus impellebatur miser, (71) audacter ad vindictam moneretur. (58) Sed neque sic parcunt sibi Lacedaemonii. (98) Erat quippe sententia, (99) *Mantinaeos* persequendi, quod hi fas sibi existimarent; (50) muros ciuitatis instaurare. (a) Quin et *Thebani* saepius et grauiter minas audiunt, (62) ac ideo militatum contra Spartanos denuo accedunt: (101) quos vero, dum siue consilio, siue re ipsa *Artaxerxes* Rex Persarum, ac positis tantisper Dionysiorum ludis, (54) *Dionysius* Siculorum rex, vt et Athenienses ipsi, iuvissent, (92) Thebani contra, non ita se credere *Alexandro Phaereo*, Thessallorum Tyranno (b) auderent, quod aequum esset quidem; (69) nemo

retraxit, sed etiam vniuersam Graeciam in libertatem vindicauit. NEP. in Epam. C. VIII.

(z) De oraculo, cladis Leuctricae caussas expromente, vid. PLVTARCH. p. 258. Has, ex Pausania MELANCHTHON, Chron. Car. L. II. P. I. p. m. 104. 6. ita reddidit:

Leuctra mihi sunt curae, et mors tristissima gnatae
Occisae Scedasi, qua periere duae.
Hic atrox fiet pugna et saeuissima caedes,
Fatalis quando venerit illa dies.

(a) Mantinaei antea victi, vi pacis, iuris Lacedaemonici facti erant: cum igitur praeter indulgentiam, Vrbem munire gestirent, iras Spartanorum in se conuerterunt. XENOPH. L. VI. rer. gr. p. 765.

(b) Hic Pelopidam in vincula coniecit, qui vero ab Epaminonda liberatus, tyrannum vincit, ipse vero victor cadit, et a Thessalis, coronis aureis, atque aeneis statuis donatus, sepelitur. PLVTARCH. l. c. p. 262. NEPOS in Pelop. C. V.

mo sane adtente satis victoris officia functus est. (40) Millen. IV. Saec. VI.

Pensum II.

Sed EPAMINONDAS, numquam recte sperari posse, de adparanda ciuitatum Graeciae libertate, (100) existimans, vsque quo vacuum tempus dominationi Spartiacae datum fuerit, (93) dignum se aliquid in patriam facturum putabat, (49) si ipsam Lacedaemonem obsedisset. Et licet in opere hoc multam operam consumeret, (77) Vrbem iis quidem, (c) qui aetate ac sapientia minus scire, minusque patriae prouidere putabantur, (104) defendentibus; ad *Mantineam* tamen omnem rem gloriamque Thebanis, insigni victoria, reperit; (97) tametsi id faciendo, sibi salutique suae iniuriam fecerit longe maximam: (114) quippe telo ictus, (d) in lecto, comte alioquin strato, (108) emoriebatur; animo tamen minus perturbato, (73) et quem in perniciem hostium defixum, miles Thebanus Boeotiusue victor prorsus expleuerat. (95) Sublato Epaminonda, Thebani, incerto prae aegritudine animo, (73) nullum iam tempus remittendum esse putabant, quin publica Graeciae respicienda esset tranquillitas. (78) Pax igitur vniuersalis adparatur. (110) Dum interea Athenienses ex nimio otio, (e) ludis operam darent scenicis; (88) donec rursus bellis intestinis sese cruciare inciperent. (f) (91) Vsus certe iam erat

3587. *Pugna ad Mantineam.*

3587.

3592 *Bellum Sociale.*

S 3

(c) IVSTIN. L. VI. C. 7.

(d) Vulnus, vt *Pausanias* habet, Grillus, Xenophontis filius, ei inflixit. IVSTIN. L. VI. c. 8. NEPOS, in Epam. C. 9.

(e) IVSTIN. L. VI. C. 9.

(f) Megalopolitanis contra Arcades auxilium ferunt; socios

Millen. IV. erat Graecis (42) ita versari, quasi nemo fuerit, Saec. VI. qui corriperet. (86) Primum quidem, num haberent *Socios* Athenienses, nec ne, incertum erat, (87) mox vero socii (g) in officio adeo exerceri ac contineri non potuerunt, (113) quin deficerent. Mittitur igitur CHABRIAS, qui ostenderet, quam maximum sic peccatum sit à sociis. (74) Hic vero, dum in exercendo ducis iure plus ageret, (76) atque plus patriae prouidere velle, quam se sibi videretur, (104) relictus à suis, qui mandata eius curare nolebant, tanquam quae ad se nihil adtinerent, (41) ac circa oppugnandos Chios occupatus, (h) interficitur.

Pensum III.

Sed, tantum ne de se meruerat Graecia (91) vt, crescente licentia, crescere simul sui passa fuerit perniciem? (56) Certe tot ei cladium notitia non nupera admodum esse debuerat. (39) Et tamen erat aliquid rei, cur id faceret, (83) spretaque sanguinis ac cognationis vicinitate, (84) in sua denuo saeuiret viscera, (And. 575) atque

3594. *Bellum Sacrum.* sic libertatem Graeciae veluti inscriberet. (112) Accidit hoc, *bello*, quod dicitur, *Sacro*. Producebant Thebani, forte vltra quam meritum erat, *Phocenses* accusando, (94) quasi agros Apollini sacros intercepissent. (Eun. 47) Tum ita factum prorsus, (81) vt res comperta, ex ingenio Amphictyonum (i) decideretur, (117) atque rei tanta

cios per *Charetem* ducem iniuriis adficiunt; in Euboeam pomum litis iniiciunt, cet. Vid. DIODOR. SIC. L. XVI.

(g) Chii, Rhodii, Coi, Byzantini. DIOD. SIC. l. c. C. 21.

(h) Vid. NEPOS in Chabria C. IV.

(i) Consessus Amphictyonum commune erat Graeciae concilium,

ta damnarentur pecunia, ad quam ipsi exsoluendam idonei non essent. (105) Et forte fuissent obsequentiores, si recte aut commode quis tractare eos nouisset. (96) Sed, dum sententia (99) templo Delphico adfigitur, suspectatâque à vulgo tabulâ (E. 347) in sacrilegorum loco viderent se haberi apud omnes; (115) tum vero *Philomelus*, (k) adscitis in societatem iis, qui rastros alioqui surripere et tractare solent, (59) vitamque colunt inopem, (106) Delphos ingreditur, atque templum, vbi coactae fuerant ex tota Graecia pecuniae, (111) occupat. Hoc facto, Phocenses, non vt homines amplius, à quibus humani alienum fieri soleat nihil, (48) sed qui diis ipsis bellum intulerint, Graecorum iras in se conuertunt. Quibus vero rebus, fero didicit Graecia, quomodo tum verè demum ibi viuatur, vbi socii satis sese norint, vtrinque. (119) Quippe, euocato PHILIPPO Macedone, (qui hactenus velut ex specula (l) prospectans, reticenda magis, quam vlciscenda Graecorum diffidia voluit, (82) quasi tantum abs re sua sibi otii non esset, (45)) non modo hoc monitore mitescunt, (58) sed cum hic in propinqua regni sui parte putaret, fines dominationis suae protendere, (60) prorsus sub iugum mittuntur.

Millen. IV. Saec. VI.

3595.

3597.

S 4 Actus

cilium, quod et de publicis consultabat rebus, et templi communem sustinebat procurationem. Acrisius primus memoratur, qui Amphictyonum ordinem instituit. STRABO L. IX. p. m. 481. sq. SVIDAS ab Amphictyone Deucaledonis filio, originem deducit.

(k) Vid. IVSTIN. L. VIII. C. I.

(l) Vid. IVSTIN. L. VIII. C. I.

Millen. IV.
Saec. VI.

Actus I. Scena II.

LIV. Amor in parentes, timore ac verecundia temperandus.

120. Vnius modi sunt ferme parentum iniuriae: Es lauft die Gewalt der Kinderzucht auf gleiches fast hinaus.

121. Est [illegible] pater hic tolerabilis: Es gibt Väter, die etwas mehr übersehen können.

122. Est alter, quem vereare, ne quid iratus plus satis in prolem faxit: Andere hingegen, übereilen sich im Zorn, und thun der Sache zu viel.

123. Sed, quaecunque facit vterque, ea sunt tamen ad virtutem omnia. Beyder Entzweck aber gehet dahin, das beste der Kinder zu befördern. (Die Tugend einzuschärfen.)

124. Vterque, siue importunus sit, et aliquanto iniquior: Beyde, es mag dieser etwas stürmisch und unholder seyn.

125. (At id quidem praeter lubidinem prolis: Und dieses zwar, mit Unwillen der Kinder.)

126. Siue facilis, et apud quem ignoscendi peccati locus datur illico: Oder auch, es mag jener gelinder und versöhnlicher mit seinem Kinde verfahren.

127. Hinc liberis suis ostendit sententiam. Stellen doch ihren Kindern folgenden Unterricht vor.

128. *In metu* ac verecundia *esse proles dum amant parentes, hoc ipsum utile iis esse.* Wie alle Kinder bey Beobachtung der Liebe gegen ihre Eltern, eine sonderliche Ehrfurcht, als eine ihnen ersprießliche Sache, bezeugen sollen.

129. Animum ergo tuum, fili, vbi is semel se cupiditate virtutis deuinxit: So soll nun dein

Ge-

Gemüth, mein Sohn, so ferne sich dasselbe zur Ausübung der Tugend aufgeopffert. Millen. IV. Saec. VI.

130. Consilia consequi sequentia, necesse est. Folgenden Rathschlägen folgen.

131. *Primum*, illud tute tecum cogita: Vor allen andern bedenke dasjenige.

132. Aequum esse, te quidem ex parentum more, non hos ex tuo viuere: Wie es dir gebühre, die Lebens-Regeln von denen Eltern zu erlernen, nicht aber solche den Eltern vorzuschreiben.

133. Hoc postquam noueris, non erunt tibi parentes, in omnes adolescentes iudices: Wirst du dieses fassen, so werden dir deine Eltern nicht so vorkommen, als wenn sie mit der Jugend gar zu scharf, und gleichsam gerichtlich verfühеren.

134. Nec illud in iis insimulabis durum, quod re vera non est: Du wirst auch dieselben in billiger Schärfe nicht vor hart und strenge halten.

135. Quin hoc ipso potius, *timebis* omnia, patris iram, illiusque animus erga te vt sit? Vielmehr wird dir solches dazu dienen, wie du durch das genaue Betragen deiner Eltern, in steter Aufmerksamkeit, und Forschung nach derer Gesinnung, solt beybehaltet werden.

136. *Postea*, nosti, magnam cum patre, iam inde vsque à pueritia, semper tibi fuisse coniunctionem: Ferner, so weißt du allzu wohl, wie du einen vertraulichen Umgang mit deinem Vater von Jugend auf gepflogen.

137. Speras etiam, tecum eum amplius futurum, Tibique, quoad viuit, ad futurum semper: Du hoffest auch ferner hin mit ihm zu leben, auch von ihm nicht verlassen zu werden.

138. Immo, didicisti fortasse, nihil apud patrem reliqui esse, quin habeat, quae quidem in te elargiri velit bona. Ja, du hast es vielleicht ein-

Miles. IV. Sacc. VI. eingesehen, daß alles, was der Vater besitzet, dir bestimmet sey.

139. Vtque haec perinde sint tibi deseruitura, vt illius erga te animus, qui ea possidet: Und wie dieses alles zu deinem Dienst vorbehaltet werde, so gut und so gewiß, als das väterliche Herz des Besitzers, dein Bestes zu suchen pflegt.

140. Ac ideo patrem, adeo rerum satagere tuarum, vt quod det olim tibi, sit profecto: Auch wie dahero dein Vater auf dein Bestes dergestalt bedacht sey, damit du mit der Zeit was rechtschaffenes erben magst.

141. (Nihil enim liberis prorsus esse, quod à parentibus habeant religio est dicere. (m) Massen es sündlich ist, zu sagen, man habe nicht ein Stäublein von seinen Eltern überkommen.)

142. Nonne iam hæc cuncta stimulabunt te, magis ac magis, vt misere ames parentes. Soll dich nun dieses alles nicht zur zärtlichen Liebe gegen deine Eltern aufmuntern?

143. Atque sic scitum est, *esse aliquid, quod vereare parentes, dum hos amas.* Daraus dann diese schöne Maximen folgen, man solle die Eltern bey aller kindlichen Furcht lieben.

144. Sed *reprimendum haud quaquam amorem esse, dum eos times:* Aber auch zugleich dieselben bey einem kindlichen Vertrauen fürchten.

145. Vtut enim est disciplina, mansum tamen te in obsequio oportet: Denn, es mag die Zucht

(m) Si enim nihil bonorum á parentibus hereditate accepisti, sufficit, nobilitatem, siue generis, quam sartam in familia Dauidis voluit Deus, 1 Reg. XI, 36, siue virtutis, quam dotem parentum magnam vocat HORATIVS Carm. L. III. od. 24. te consecutum. Recte CICERO, de Offic. L. I. C. 33. *Optima hereditas á patribus traditur liberis, omnique patrimonio praestantior, gloria virtutis.*

Zucht noch so genau seyn, so must du dennoch an deiner Pflicht steif halten. Millen. IX. Saec. VI.

146. Quem namque feras, precor, si parentem non feras tuum? Denn, wie kanst du von einem Fremden etwas übertragen, wo dir die Zucht deines eigenen Vaters zur Last ist.

147. Et quis contra, ad amorem sui inuitatum te velit magis, quam pater? Oder, wer soll dich zu einer Gegen-Liebe mehr anreitzen, als dein Vater?

148. Vera Christiani hominis indoles, aequum esse censet: Was rechte Christen-Art ist, wird es wohl für billig halten

149. Nos iam à pueris, illico nasci debere senes: Wie man bald von Jugend auf die Bescheidenheit derer Alten an uns blicken lassen solle.

150. Neque illarum ad fines rerum esse oportere, quas fert adolescentia: Auch keine Verwandschaft mit kindischer Aufführung haben müsse. 1 Cor. 13. v. 11.

151. Hoc est, vult nos bene ac pudice eductos, ignaros esse puerilium: Das heist, sie will, daß man zu aller Zucht und Ehrerbietung von Jugend auf angehalten werde, mithin, alles kindische unvorsichtige Wesen ablegen solle.

152. Sigillatim, vt reprimas te, ne lingua confidentior, vel gestus abeat longius: Sonderlich, daß du deine Zunge und alle Gebährden also zu regieren wissest, damit deine Vertraulichkeit, nichts wider die Regeln der Anständigkeit thue.

153. Contra, ad cultus et verecundiae leges omnia modereris: Hingegen alles, nach denen Gesetzen der Ehrerbietigkeit einrichtest.

154. Quoties pater, quem volumus, adeundus est. So offt du mit deinem Vater sprechen und umgehen wilt.

155.

Millen. IV. Saec. VI. 155. Cur quaeso abitio euenit Adamo è paradiso, patria alioquin incolumi? Woher entstund doch die Retirade Adams aus dem Paradiese, als einem besten und bewährtesten Vaterlande?

156. Cur is tam miser factus est, qualem quidem minus credere est? Warum ist er doch dergestalt elend worden, daß man sich solches fast nicht vorstellen kan?

157. Quam quod triste exsilii fatum, nec id opinanti, obiecerit nimia familiaritatis cum Deo, ipsiusque υἱοθεσίας (n) praesumtio. Als darum, weil ihm die starke Einbildung, er sey wegen seinen anerschaffenen Gaben gleichsam zu einem Sohne GOttes gemacht worden, ein unvermuthetes Elend zuwege gebracht.

158. *Ita semper, qui vti scit bonis, ei bona sunt, qui non vtitur recte, mala sunt.* Also macht der gehörige Gebrauch die Sache gut, der Mißbrauch aber böse.

159. Periculum ex aliis iam feceris, tibi quod ex vsu sit: So sollt du nun mit fremden Schaden klug werden.

160. In primis, vide sis, ne, dum facili vti te Patre in Christo contigit: Insonderheit, sehe zu, daß, da du einen gnädigen Vater in Himmel durch Christum überkommen.

1 Sam, 3. v. 10. Ps. 116, 16. 161. Aliter cum Deo loquare filius, quam servulum decet: Du mit GOtt nicht anders, als ein unwürdiger Knecht redest.

162. Neque enim surdo narrari fabulam voluit

(n) Luc. III, 38. videlicet filius fuit Dei Adamus, non genitus, sed factus. Nam ea ratione aliquando Deus se patrem nuncupat, Deut. 32, 6. BEZA in h. l. et CHEMNIT. Harm. C. III. p. m. 105. *Adam*, inquit, *concivis fuit regni Dei, et habuit communionem cum DEO tanquam filius.*

luit Apostolus, docens: Denn, nicht vergebens, und ohne darauf zu merken, der Apostel lehret. Millen. IV. Saec. VI.

163. Deum colendum esse reuerenter, non ex animi ac linguae lubidine: Wie man GOtt in der Furcht dienen solle, nicht mit unbeschnittenem Herzen, oder ungewaschenen Lippen. Ebr. 12, 28.

164. Vt faciunt ii, qui abibunt plus paullo. Wie es diejenigen machen, die sich mit dem Trunk beladen.

165. Tua tibi narra prius facinora, quam cum Deo colloquare: Achte dich vor einen armen Sünder, ehe du mit GOtt reden willt.

166. Praebebit hoc non exiguum sumtum, ad comparandum timorem, toties inculcatum. Dieses soll vieles zur Anweisung, wie man GOtt fürchten müsse, beytragen. Esa. 8, 13. Mal. 1, 6.

167. Nae! tu, voluptatem magnam, a Spiritu precum, singultiente, annuntiari tibi, experieris. Du wirst gewiß so dann die Freuden-Botschaft, wegen deiner Erhörung, von dem in dir ruffenden Geiste des Gebeths, zu hören haben. Rom. 8, 15. 26.

Imitatio LVII.

Res Macedonum, ad Philippum II. Maced. R.

Pensum I.

Apud Macedonas PERDICCAS rex, dum sperat, pacatum amplius regimen secum futurum, hancque sibi fortunam, quoad vixerit, adfuturam esse, (137) didicit nihil esse apud fata reliqui, quin habeant, quae in eos, qui otio et quiete laetabantur, elargiri mala possint, velintque. (138) Quippe *Sitalces*, Thracum rex, durum *Hist. prof.*

Millen. IV. Saec. VI. rum in Perdicca insimulans, (134) quod *Amyntam*, *Philippi* fratris filium, praeter adolescentis lubidinem, (125) regno exclusisset, bello eum inuadit.
3521. Mox vero datus apud *Sitalcem*, ignoscendi peccati locus: (126) dum enim id forte in rege Macedonum insimulabatur durum, quod re vera non erat, (134) *Sitalces* etiam fortunae iram, illiusque animus, vt sit erga hos, (135) qui importuni sunt, et aliquanto iniquiores, (124) timeret, pax illico inter litigantes stabilitur, Thraxque, secum quidem cogitans, (131) aequius esse, *Amyntam* pupillum, ex *Perdiccae* more, quam ex suo viuere, (132) ad suos reuertitur. Dum interea *Perdiccas*, animum suum, vbi is semel se cupiditate belli, Atheniensibus inferendi, deuinxisset, (129) non nisi morte exuit,
3534. ARCHELAO filio successore relicto: qui vero, dum parum eam curaret sententiam, (127) in metu nos esse, dum amamus amicos, hoc ipsum vtile nobis esse, (128) à *Cratero*, (o) amico, spe
3550. potiundi regni enecatur. Huic ORESTES successit. Hic fato suo didicit illico, vnius modi fere esse amicorum tutorumque iniurias. (120) Dum enim illarum adhuc adfinis rerum esset, quas fert adolescentia, (150) *Æropamque* sibi delegisset morum imperiique magistrum, ab hoc, antequam bene ac pudice eductus esset, (151) neque puerilium amplius ignarus, (151) nefario ausu, interficitur, relicto tutori, nihil minus, quam tolerabili, (121) regno. Hic, licet non vereretur, ne quid scelestus plus satis in puerum faxit, (122) regnum tamen diu non tenuit.

Pen-

(o) Vid. ÆLIAN. L. 8. c. 9.

Millen. IV. Saec. VI.

Pensum II.

POstea PAVSANIAS, vnius anni regno potitus est, quem AMYNTAS II. sequebatur. 3556.
De hoc perhibetur, (Ad. 520.) quaecunque fecisset, ea ad virtutem imperatoriam fuisse omnia. (p) (123) Idem tamen miser simul erat, qualem quidem vix crederes. (156) Nam et ab Illyriis, triste exsilii fatum, nec id opinanti sibi, obiectum, vidit, (157) et dum restitutus a Thessalis regno, (q) faciliore iam fortuna matre vsurum se putat, (160) mox Olynthiaco bello, (r) mox malo domestico premitur. Quippe *Eurydice* Vxor, dum generum amaret misere, (152) nec forte reprimere se posset, ne seu lingua confidentior, seu gestus abiret longius, (142) consilia, quae amor hic vagus insusurrauerat, (And. 497.) consequi ea instituit, (130) vt regnum, sublato viro, traderet genero, huic perinde deseruiturum, vt illius erga se animus, qui illud possederat. (139) Atque sic scitum est, esse aliquid, quod vereare coniugem, dum eam imprudenter amas. (143) Sed, quis ad amorem sui, reprimendumque periculum, (144) inuitatum te velit magis, quam pater? (147) Filia certe *Amyntae*, vt vera quidem liberorum indoles aequum id censet, (148) patrem, quem in re desperata voluit, adit protinus, (154) eique matris facinus enarrat. (165) Praebuit haec sane prouidentia non exiguum

Amyn-

(p) IVSTIN. L. 7. c. 4. omnibus imperatoriis virtutibus instructum fuisse memorat.

(q) DIOD. SIC. L. 14.

(r) Nempe, repetebatis Pellam Vrbem Olynthiis antea dono datam, cum restitutionis sui spem haberet nullam. At hi, vocatis in subsidium Spartanis, Vrbe decedere nolunt. DIOD. SIC. L. 15.

Millen. IV. Saec. VI. *Amyntae* sumtum, ad comparandam prudentiam, (166) qua in posterum vsus, periculumque ex se facere edoctus, sibi quod ex vsu esset, (159) senex demum (s) decessit, relictis filiis regni
3580. heredibus. His vero, licet magna inuicem iam inde usque a pueritia semper fuit coniunctio, (136) quilibet tamen rerum paternarum adeo fategit, (140) vt quod iure accipiat ipse, esse omnino putaret. (140) Sed, cum vulgare illud: *nihil esse liberis, quod a parentibus habeant prorsus, religio est dicere*, (141) in rem quisque suam sublesta fide vertere vellet, accidit, vt *Alexander*, natu maximus, à Fratre *Ptolomaeo*, hic vicissim, à *Perdiccâ*, vt qui fratris ferre nequiret imperium, (146) trucidaretur. Sed et huic ab Illy-
Philippus II. riis in praelio e medio sublato, PHILIPPVS II,
3590. fratrum postremus, successit, posteaquam è custodia Thebana, (t) auspicata illi abitio euenisset. (u) (155) Hic, simul ac imperium consequutus est, exemplo suo comprobauit, principes, iam à pueris illico nasci oportere senes; (149) tales nimirum, qui ad leges iusti ac vtilis, omnia sua facta moderari nouerint. (153) Enim vero, hac stimulatus prudentia *Philippus*, (142) hos quidem, quos vt superiores robore, iudices in se metuebat, ex animi lubidine tractat, (163) aliterque cum iis, quam seruulum decet, loquitur, (161) imperiosius puta. Atheniensibus quidem, voluptatem conciliaturus haud exiguam, (167) Amphibolin cedit, sed mox Illyrios, horumque regem, cui vt surdo narrari belli fabulam videbat, (162) vincit, mox

(s) IVSTIN. L. 7. c. 4.

(t) Ad quam obsidis loco, per Pelopidam, cum XXX. pueris illustribus traductus erat, PLVTARCH. in Pelop. p. m. 261.

(u) IVSTIN. L. 7. C. V.

mox Amphibolitanos, qui in obſequio manſu- Millen. IV.
ros ſe recuſabant, (145) coërcet: deinde, dete- Saec. VI.
ctis aurifodinis, (x) plus paullo factus opulen- 3592.
tior, (164) Methonem obſidet, ac, vtut fuit tunc fortunae ratio, (y) animum tamen non abiecit, (Ad. IV. 6.) perſuaſus, ei tantum, qui non recte fortunae vtitur bonis, mala ea eſſe, contra, bona huic eſſe, qui vti iis dicerit. (158)

Actus II. Scena I.

LV. Auri ſacra fames.

VIRG. Æneid. L. III. v. 57.

168. Sunt iis plerumque res ſecundae, de rebus ſuis: Es gehen derer Sachen meiſtens gut von ſtatten.

169. Qui, quo permoueant alterum, vt ad ſua illico adſit emolumenta, habent. Die damit verſehen ſind, wodurch ein anderer, ihr beſtes zu beobachten, bewogen werden kan.

170. Ita cunctis fere nihil, praeter pretium iam dulce eſt: Alſo ſiehet man gemeiniglich nur aufs Geld und eigenes intereſſe.

T 171.

(x) Ad Crenidas, Vrbem metalliferam profectus, fodinas, operum ſtructuris auro foecundas reddidit, vt quotannis, vltra 1000. talenta, (600000. Rthl.) inde caperet, et Philippicos nummos cudi curaret, de quibus HORAT. Ep. L. II. e. ſ. ...

Rettulit acceptos regale Numisma Philippos.

(y) Amiſerat in Vrbis huius oppugnatione, ictu teli, oculum. IVSTIN. L. VII. C. 6. Nec multo poſt ab *Onomarcho*, Phocenſium Duce, vincitur, DIOD. SIC. L. 16.

Millen. IV. Sat. VI. 171. Sunt alii, qui multis animum curis exaugent, diuitias corrasuri. Einige geben sich viele Mühe, um den Mammon zusammen zu bringen.

172. Atque horum alii, hanc ob rem, quaeuis moliuntur ludicra: (z) Deren einige nun suchen durch theatralische Possen Geld zu schmieden.

173. Alii, comando pretium quaerunt: Andere suchen unnütze Sachen, durch angehängte Schminke, preißwürdiger zu machen.

174. Alios porro videas, non aliter profecto, quam corruptos, omne ius, (a) caelumque ipsum (b) simul venum exponere. Andere erkühnen sich alles recht, ja so gar den Himmel vors Geld hinzugeben.

175. Non opus est, vt multae hic concurrant opiniones, cur id quidem fiat? Es braucht nicht genau zu untersuchen, warum solches geschehe?

176. Nosti mores hominum, vt sunt: Du weißt ja, wie die Menschen geartet sind.

177. Occasio, locus, aetas, habendi cupido. Die Gelegenheit, der Ort, das Alter, ja die Geld-Sucht selbst.

178. Cuius sub imperio genus hominum est: Unter deren Joche das menschliche Geschlecht stecket.

179.

(z) *Roscius* histrio, mercedem diurnam mille denarios de publico accipiebat. Macrob. Satur. L. III. C. 14.

(a) Ius omne venale habuisse *Rufinum* et *Stiliconem*, Honorii Imp. tutores, CAROLVS SIGONIVS, L. X. Hist. de occid. Imp. init. scribit.

(b) Vid. quae BAPTISTA MANTVANVS, calamitatum L. III. f. 145. b. de C. R. canit, apud MATTH. FLACIVM, Cat. test. verit. No. CCCCV. p. m. 830. conf. ÆGID. HVNNII praefat. in artic. de Ecclesia, T. I. *Op.* p. 1250.

179. Facultatem diiudicandi exhibet, quam vera haec sint. Giebt Anlaß von der Wahrheit dieser Sache zu urtheilen. Millen. IV. Saec. VI.

180. Hei miseris nobis! animus certe id mali praesagit. Ach wir elende Leute! Ein jedes redliches Gemüthe läßt ihm etwas böses ahnden.

181. Non prius homines ab hoc malo respiraturos: Wie nehmlich die Menschen nicht eher von dieser bösen Art ablassen werden.

182. Quam cum filius Dei, a Patre exiens olim; Als, da der Sohn GOttes, bey seiner letzten Zukunft.

183. Famelicos hos, ei mancipauerit loco, ubi fames & sitis vna iis perpetuo aderint. Diese unersättigte Leute, zu dem ewigen Mangel anweisen wird.

184. Cogita ergo, quisquis es, vt longule admodum ab hac animi sis impotentia. Sehe demnach ein jeder zu, daß er von dieser Thorheit auf das weiteste entfernet sey.

Imitatio LVIII.

Res Romanorum. Decemuiratus. *Hist. prof.*

Initio saeculi, imperium in *decemuiros* translatum est: quo quidem Magistratu, respublica adeo à pristinis malis non respirauit, (181) vt potius longule ab ea fuerit tranquillitate, (c) (184) quam sperauerat. Mox *Appius Claudius*, non modo res moliebatur, ad fastum (d) et tyranni- 3500.

T 2

(c) Dum enim decemuiri Magistratum continuare volunt, magnâ vero Senatus populique Rom. inuidiâ, Sabini in turbido piscaturi, in agrum Romanum excurrunt, Romanosque vincunt. LIV. L. III. C. 43.

(d) Singulos decemuiros duodenis vti iussit lictoribus, cet. et vt loquitur LIV. L. III. C. 36. decem regum species erat.

MMen.IV rannidem comparatas, (172) sed etiam cor-
Saec.VI. ruptum libidine animum, (174) ad ius inique dicendum, venumque exponendum prorsus,
3502. (174) adplicabat. Erat tum *L. Virginio*, homini plebeio alioqui, filia *Virginia*, quam pater *Icilio* Tribunitio desponderat. Hanc *Appius*, comando forte pretium maius consequutam, (173) deperiebat. (Nosti quippe mores hominum, vt sunt, (176) et quemadmodum honoribus tumescant:) Nec opus est, vt multae heic concurrant opiniones, cur id fieret. (175) Sed cum decemuiro, de amore hoc improbo, res secundae non essent, (168) nihilque haberet prorsus, quo permoueri posset virgo, vt ad amentis illico vota adesset, (169) amorem cum indignatione permutat *Appius*; dumque M. *Claudio*, familiari suo mancipatum virgini imponendum suadet, (183) mox, quaestione in forum traducta, virginem in seruitutem *Claudii*, illiberali prorsus caussa, iudex adserit. (Ad. 198.) Non exiguis hæc certe animum *Virginii* curis exaugebant: (171) qui, posteaquam bonitate caussæ nihil proficeret, videret contra, honestati, puellae, sub iniquissimo tyrannorum imperio, (178) consuli amplius non posse, prolem suam, cultro, ab lanio arrepto, transfixit. (e) Ita illi nihil fere, praeter honestatem dulce erat. (f) (179) Hoc demum facinore bonorum quorumuis animus multum mali tyrannis praesagiebat. (180) Nam, non solum potestas decemuiralis ab Vrbe exire cogebatur, (182) sed et *Appius Claudius*, cum *Oppio* socio, ei loco mancipabatur, vbi poenae formido, in mortem postea ipsam degene-

(e) Vid. LIVIVS, L. III. C. 44. et 48.
(f) Vid. VALER. MAX. L. VI. C. 1. vbi de Virginio, *pudicae*, inquit, *interemtor*, *quam corruptae pater esse maluit*.

generans, vna iis perpetuo aderat (183) Occasio haec, non minus, quam insolens quaeuis habendi apud Decemuiros cupido, (177) facultatem exhibet diiudicandi, quam recte factum sit, (179) quod pristinum *Consulare imperium* fuerit introductum. Millen. IV. Saec. VI. 3502.

Actus II. Scena II.

LVI. Animi, quis cuique sit, mores indicia sunt.

185. Ad pernoscenda quidem hominis interiora, viam norunt pauci: Es können zwar wenige sogleich das Inwendige des Menschen einsehen.

186. Neque tamen adeo foribus pessulum natura obdidit: Doch hat die Natur den Zutritt dazu nicht so schlechterdings verbauet.

187. Quin mente conicere te queas intro: Daß man nicht mit denen Sinnen in das Innere des Menschen einkehren,

188. Saltim, ex exterioribus coniecturam de iis capere, quae intus sunt: Wenigstens, aus der äusserlichen Aufführung von der innerlichen Beschaffenheit des Gemüthes urtheilen könnte.

189. In primis, quotidianae hic vitae consuetudo, cuiusque ingenium vt sit, declarat maxime: Sonderlich, pfleget der tägliche Umgang von dem Temperament eines Menschen zu zeugen.

190 Et, quo studio quisque vitam suam exigere soleat, *mores* enarrant. Und auf was für Art ein jeder sein Leben anstelle, beweisen es dessen Sitten.

191. Nec consuetudo, radices semel nacta, ab ipsa natura diuelli aut expelli potest facile. So nimmt auch die eingewurzelte Gewohnheit so gar die Natur an.

Actus IV. Scen. VI. 192. Cantabo diuersos tantisper *mores hominum*, (g) ne quid huius ignores, nihil moniturus frustra: Ich will die manigfaltige Sitten derer Menschen berühren, nicht ohne deinen Unterricht und Belehrung.

193. Tum demum intelliges, animum eundem esse, ac sunt mores. Sodann wirst du gewahr, daß, wie die Sitten, so sey auch das Gemüthe geartet.

Cholera. ambitio. 194. Sunt, qui a puero, ad Dominos adfectant ... am: Es gibt Leute, die da schon von Jugend auf gerne um grosse Herren sind.

195. Et licet in tempore haud semper veniant: Und ob sie zwar nicht immer in diesem Vorhaben reussiren können.

196. Id tamen sapere iis est, si id velint, quod non possint contingere. Sie meinen dennoch klüglich gethan zu haben, wenn sie auch das, was impracticable ist, zu erreichen trachten.

197. Hi, ad res, perspicaciores dum per aetatem fiunt: Diese, so bald sie zu einem reifen Verstand und Alter gelanget.

198. Primum omnium facinus magnum ac memorabile vt faciant, enituntur semper: Suchen immer vor allen Dingen was wichtiges vorzunehmen und auszuführen.

199. Et licet hoc ipsum raro fiat sine periculo: Und obwohl dieses selten ohne Gefahr ablauft.

200. Tamen, siue impudenti audacia: So pflegen sie dennoch, entweder aus Vermessenheit.

201. Siue, vt in vita sua laudem quaesitum se iuisse putentur: Oder, damit sie ihnen einen ewigen Ruhm erwürben.

202. Spernunt, quidquid est periculi: Die Gefahr gering zu achten. 203.

(g) De diuersitate propensionum humanarum, lege *Senec.* contro**v**. L. III. C. XVI.

203. Aut patiuntur pertinaciter, (h) quidquid aduersi euenerit: Oder sie erdulden auch alles widrige großmüthig. Millen. IV. Saec. VI.

204. Volunt hi quidquam persuadere, quod tamen placere sibi negat alter: Ist es, daß man ihren Vorschlägen kein Gehöre geben will.

205. Non diu exorant hominem, sed huic verba, illi verbera parata vt sint, censent. So schleppen sie sich nicht mit vielen bitten, sondern brauchen einen Ernst, bald durch Worte, bald durch eine Thätlichkeit.

206. Tum arte norunt tractare plebem, vt tamen extra noxiam omnem esse videantur. (i) Sie wissen auch den Pöbel dergestallt einzunehmen, daß man glauben muß, sie thun alles recht.

207. Sicubi prodeunt, gregem seruorum, si per facultates licet, ducunt secum: Gehen sie wo aus, so muß die Hofstatt, so sie dazu die Mittel haben, ihnen folgen.

208. Obiit forte amicus mortem, mox veste quidem lugubri vestiuntur: Stirbt ein Freund von ihnen, so legen sie zwar so bald die Trauer an.

209. Ornant tamen se sibi magis, quam eius caussa, qui erat mortuus: Haben aber ihr Augenmerk mehr auf ihren Trauer-Staat, als auf das Andenken des Verstorbenen.

210. Rogitas iam, quis cunctis his sit animus? magnus profecto, sed plerumque impotens.

(h) Imitati in his omnibus, consummatissimum illud cholerici hominis exemplar *Carolum* XII. Suecorum Regem: de cuius vtriusque fortunae fatis leg. vita et gesta Caroli XII. LX. Tomis à Sam. Fabro Rectore Gymn. Aegidiani Norib. euulgata.

(i) *Olim Cromvvellum* artificio hoc vsum fuisse constat: vt qui nefandam, quam *Carolo Stuarto* intulerat, necem, nutu diuino et iustitiae regulis niti, Senatui populoque Anglicano persuasit. Vid. die Durchl. Welt P. IV. p. 414.

Millen. IV. Saec. VI. Nun was für Gemüthe find man bey diesen Leuten? Gewiß zum Theil ein edles, zum Theil aber ein unbändiges, und welches alle Dinge auf das höchste point zu setzen pfleget.

211. Et quem vix aedes corpusculi capiunt. Und dem offtmahls der Cörper zu enge wird.

Sanguis. Voluptas. 212. Sunt alii, qui se in laetitiam, quandoque frustra, coniiciunt. Andere gibt es, die ihnen Freuden-Stunden, auch da es unnöthig machen.

213. Nec prae gaudio sciunt, vbi sint: Und wissen ihrer Freude weder Maaß noch Ziel.

214. Qui tum frui voluptatibus oportere putant, dum datur, dumque licet: Die da meinen, man solle zu der Zeit, da man es haben kan, billig in floribus leben.

215. Cum nescias certo, earum sit potestas posthac, an numquam tibi, da man nicht wisse, ob einem erlaubt sey, auch hinführo sich lustig und fein ausgelassen zu bezeigen.

216. Atque adeo ruunt imprudentes in sui perniciem: (k) Sie rennen aber auf diese Art, in ihr Selbst-Verderben.

217. Hos enim offendas saepè misere noctem scorti orantes: Massen, diese sind man oft, wie sie sich ein Nacht-Lager in einem suspecten Orte erbetteln.

218. Hi, dum amant, concalescunt: Sie brennen so gar für Liebe.

219. Dum loquuntur, sermones continuo cadunt: Sie haben ein gutes Mund-Werk.

220.

(k) Num *Venceslaus* Imp. inter sanguineos hos referendus sit, quem quidem *Christ. Thomasius*, quaest. dodec. Q. IX. timidum, vino deditum, nec ad magna natum, sincerum tamen, benignum, clementem vocat, non est nostrum recognoscere.

220. Dum laborant, continuo telam laboris deferunt: Sie sind in ihrer Arbeit unbeständig. Millen. IV. Saec. VI.

221. Dum in votis quidquam habent, lacrumis opplent os totum sibi, rei illius desiderio. Sie vergiessen auch Thränen, da sie so bald dessen, was sie verlangen, nicht gewehret werden.

222. Dum conantur aliquid, titubant semper. Und so sie etwas wichtiges auszuführen haben, werden sie alsbald kleinmüthig.

223. Immo, id etiam metuunt, (1) quod tamen cuncti consitentur, sine periculo esse: Ja sie fürchten sich, wo nichts zu fürchten ist.

224. Si vera tamen metus caussa est, euersas eorum mox videas ceruices: Ist aber was billig zu fürchten, da sehen sie gerne zurücke, und ziehen sich fein aus der Schlinge heraus.

225. Hi disquirunt porro semper, quid rerum portet hic vel alter? Diese fragen immer, ob dieser oder jener etwas neues bringe?

226. Vbi, si paullulum modo quid se fugerit, iam periisse se arbitrantur. Und meinen, sie könnten unmöglich leben, wo sie nicht alles in Erfahrung brächten.

227. Perdoceris ita probe, signa haec esse animi, qui se retinere nequeat ipsum: Hieraus lernet man, wie dieses alles aus einem Gemüthe herrühre, das sich selbst zu fassen nicht vermag.

228. Sunt porro, qui se collocupletauerunt bene. Es gibt ferner Leute, die ihnen einen Reichthum erworben. *Melancholia. Auaritia.*

229. Sed alios, in suis deserunt malis: Hingegen nehmen sich der Nothdurft derer Darbenden nicht an.

(1) Nam veluti pueri trepidant, atque omnia caecis
In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
Interdum nihilo quae sunt metuenda magis, quam
Quae pueri in tenebris pauitant — *Lucret.* L. II.

Millen. IV. Saec. VI. 230. Hi, licet omnia prope habeant, tamen sibi nihil rerum omnium esse, queruntur: Und diese, ob sie gleich alles haben, so klagen sie dennoch über ihren Mangel.

231. Accedunt forte amici, mox perquirunt, quid turbae sit? Kommt jemand zu ihnen, bald fragen sie, wer es sey?

232. Mox res haec solicitat eos, quid comedent? quid ebibent? Bald sicht sie die Sorge an, was doch diese Leute werden verzehren?

233. Aut, quid his rebus sene fuerit miserius vel pauperius? Und wie hiedurch der alte Greiß müsse zu Grunde gehen.

234. Sed et hi, licet nihil satis firmi videant, quam ob rem accipere expediat iis metum, timent tamen: Auch diese fürchten sich, da nichts zu fürchten ist.

235. Et, si inuersa sint, quae moliuntur: Und dazuweilen ihre Sachen einen Krebs-Gang gewinnen.

236. Tantum abest, vt gratiam apud fortunam inire velint: Da bekümmern sie sich nicht, wie sie es glücklicher anfangen mögen.

237. Vt potius de spe decidant prorsus: Sondern verzagen so bald an einem erwünschten Erfolg der Sachen.

238. Hi falso simul adsolent suspicari multa: Sie sind auch argwöhnisch dabey.

239. Aliterque cuncta, atque sunt, accipiunt: Und deuten alles auf das schlimmste hinaus.

240. Hos porro, mediocriter videas vestitos, immo saepe pannis obsitos: Diese thun in der Kleider-Pracht niemahls zu viel, vielmehr gehen sie offt zerrissen einher.

241. Vnoque subtegmine, vna ancillula contentos: Sie lassen sich auch an wenigem Hausrath und Gesinde genügen.

242.

242. Pulſat quis eorum fores: Klopfft jemand an ihre Thür. Millen. IV. Sæc. VI.

243. Ac forte de improuiſo iis fuit interuentum: Und man trifft ſie ohngefehr zu Hauſe an.

244. Negligitur, quisquis eſt, internuntius: So kehren ſie ſich an deſſelben Anbringen nichts.

245. Quippe, diſciplina iis eſt, munerari neminem: Denn ſie halten es für eine Wirthſchafts-Maxime, keinem etwas zu verehren.

246. Non ii rogant, vt ad ſe venias de cetero. Sie ruffen auch ſelten jemand wiederum zu zu ſprechen.

247. Quin multis ſæpè in modis iniurii ſunt, adeo, vt ferri ea propter vix poſſint. Vielmehr ſuchen offt dein Unheil, dergeſtallt, daß ſie eben darum allen ehrliebenden unerträglich fallen.

248. Neque tamen illud morantur, ſi ob id in ſumma ſint infamia. Noch, machen ſie ſich wenig daraus, wenn ſie darüber in eine Blame gerathen.

249. Ceterum, licet omnia potiri velint. Uebrigens, ob ſie gleich alles zu überkommen trachten.

250. Tamen, ſuum eſſe in potiundo periculum nolunt: Doch wollen ſie mit ihrem Schaden nichts anbeiſen, noch ſich darüber einer Gefahr ausſetzen.

251. Apud hos argentum, quod polliciti forte tibi ſunt, non eadem hac inuenias facile via. Sie geben nicht ſo leicht, ſo leicht ſie etwas zu geben verſprochen haben.

252. Saepe orando, ſurdas iis reddi aures, experiundo ſciunt multi: Viele habens erfahren, wie dieſe Leute über ein wiederhohltes Bitten die Ohren noch mehr zu verhärten pflegen.

253. Denique, animo obſtinato ſunt, adeo, vt in eum res apud eos redeat locum, vt ſit neceſſe:

Actus IV. Scen. VI. cesse: Endlich, sind sie so eigensinnig, daß es par force geschehen muß, was sie sich eingebildet haben.

254. Apud quos iam, obsecro, huiusmodi aliquid reperias? Lieber, bey welchen sind nun diese Dinge zu finden?

255. Apud eos profecto, qui cum grati esse possint, vrbanitate ac beneficentia, nolunt: Warlich bey denen, die, da sie sich durch Höfligkeit und Wohlthätigkeit hervor thun konten, solches zu thun sich nicht entschliessen wollen.

256. Et quibus suis tantum deseruire commodis, (m) dedecori parum est: Und die sich nicht schämen, ihr eigenes Interesse allein zu besorgen.

Phlegma. Animus remissus. 257. Sunt denique, qui fortunatiorem se neminem putant: Letzlich, so giebt es Leute, die sich für die glückseeligste achten.

258. Quod priuati, in aurem vtramuis otiose dormire possint: Daß sie ohne allen Kummer in der Stille leben mögen.

259. Nec res audiant, quae omnem sibi faxint metum: Auch in keine Dinge sich mischen dörffen, dadurch ihnen einige Besorgniß entstehen mögte.

260. Ideo vident omni modo, ne quid accusandi sint in publico: Dahero sie sich vor aller Anklage und Proceß-Affairen hüten.

261. Atque ob id cum iis, apud quos nulla fides est, mature conueniunt: Auch dahero sich mit denen

(m) Mores melancholici familiares in *Perseo* vltimo Macedonum rege obseruat *Plutarchus*, qui eum in *Aemilio*, vocato hominem pusilli ingenii prauique, cuius inter varia vitia praecipuus fuerit pecuniae amor, vt qui pecuniam suam tangere metueret haud aliter quam alienam. Hominem porro abiecti et ignobilis animi, sordidum, in periculis summa trepidatione plenum, spe lapsum etc.

denen intricaten und Unbilligkeit liebenden Leuten lieber in der Güte vergleichen. Mill. IV. Sec. VI.

262. Licet ii, aliud velint nihil, quam horum detrimentum: Es mag solches auch mit ihrem eigenen Schaden geschehen.

263. Ita, copia illis semper est, vt sint sine metu, sine controuersiis. Also haben sie das Vermögen, stets ohne Furcht und Verdruß zu leben.

264. Non illi in publicum prodeunt, quasi illic minor sua res agatur, quam alterius: Sie erscheinen auch nicht leicht zur öffentlichen Versammlung, als wenn sie die gemeine Sache nicht eben so, wie andere, angienge.

265. Ideo, de quibusuis verbis, graues complectentibus res, facile errant: Dahero sie sich auch in einen statistischen Discours nicht alsobald schicken können.

266. Aut ambages sibi narrari putant: Oder, sie halten solches für unnütze Umschweiffe.

267. Numquam porro studiose texentes eos telam, offendas: Sie sind ferner in ihren Verrichtungen saumseelig.

268. Sed mox stant, nec ad lanam redeunt: Da sie bald müßig stehen, auch nicht so bald das Werk wieder angreiffen.

269. Capillus iis passus, prolixus, et circum caput reiectus, negligenter: Sie ziehen ein langes, aber uneingeflochtenes, und offt ungekämmtes Haar.

270. Frons, non expolita candore. Das Gesichte zeugt von keiner ausnehmenden Freundlichkeit.

271. Neglecti cetera, immundi plerumque illuvie,

(n) De his valebit illud *Persii*, Satyr. III.
Non pudet ad morem discincti viuere Nattae:
Sed stupet hic vitio, et fibris increuit opimum
Pingue — Conf. *Horat*, Serm. L. I, Sat. 6.

Millen. IV. Sec. VI. vie, ſordidati ac ſordidi. Und die ganz negligent, auch der Schlutzerey offt ergeben ſind.

272. Atque adeo, omnes iis res neglectui ſunt: Daß alſo alles bey ihnen in gröſter inactiuité zu ſehen iſt.

Iudicium. 273. Equidem, oportuit has quidem propenſiones relictas. Zwar es gebühret ſich, daß ein Chriſt von allen dieſen Neigungen entfernet ſey.

274. Quarum nunc pudet nos, ac miſeret ſimul. Darüber wir uns billig ſchämen müſſen.

275. Sed, cum in naturam prope degenerauerint, ſaltim, quo modo obuiam abeundum iis ſit, diſpicias, velim. (o) Da ſie aber faſt zur Natur worden ſind, ſo muß man wenigſtens dahin trachten, wie man ihnen begegnen könne.

276. Nihil tibi iam ſit rerum omnium, quod malis, quam tuam indolem, Chriſtiana emendari indole. Es ſoll dir alſo nichts erwünſchteres ſeyn, als deine Neigungen nach der Chriſten-Art auszubeſſern.

277. Ad virtutem ergo, et arduum illud βραβεῖον conſequendum, nulla tam impedita tibi via ſit, quin robore Spiritus Domini eo enitaris. Brauche nun die Stärke des Geiſtes dahin, wie du zur Tugend, und dem vorgeſetzten Kleynod gelangen mögeſt.

Vſus *Cholerae* Chriſtianus.

278. Quid enim aliud tibi vis, dum animo magnus es, quam vt cito, nec impeditus, conſequi Chriſtum diſcas. Denn, wozu dienet dir dein edler und muthiger Geiſt, als, daß du hurtig.

(o) Temperamenta quippe inclinant quidem, non neceſſitant, vt morum Doctores loquuntur. Poteſt Philoſophus rebelli naturae ſuae, quodam modo reſiſtere, vt Socrates. Poteſt hoc magis Chriſtianus, virtute ſupernaturali. Vid. PVFENDORF. de officio hom. et Civis, C. I. de act. hum. §. XII.

tig, und unverhindert deinem Herzoge Christo nachfolgen sollt. Millen. IV. Saec. VI.

279. Quam vt patria carens, erres, pro Christo, si contingat. Daß du dich nicht entbrichst, so gar das Elend um Christi willen zu leyden, wo es so weit kommen ist.

280. Nihil, saeculi caussa adsimulans. Daß du, der Welt zu gefallen, nicht heuchelst.

281. Sed te, famamque tuam omnem permittens prouidentiae, fatorum dominae. Vielmehr aber dich und deine renommé alleine der Göttlichen Regierung, als einer Beherrscherin deines Glückes, anvertrauest.

282. Vis amare, vis potiri, opus est, velis id simul, quod des Christo, dilecto tuo, effici. Wilt du der Heiligen Liebe pflegen, auch derselben Früchte abbrechen, so must du auch etwas thun, das der Gegen-Liebe Christi fähig sey. *Sanguinis.*

283. Ac proinde, orna te, ita vt hi solent, qui ornant se sibi, ne aliis placeant: Und dahero schmücke dich, als jene, die nicht andern zu gefallen, sondern zu ihrem eigenen plaisir sich schmücken.

284. Malas tuas rubore, ex poenitudine orto, expoli: Deine Wangen färbe mit jener Röthe, die aus einem bußfertigen Herzen entspringet.

285. Loqueris aliquid, semper ad rem redi. Redest du etwas, so meide alles ausschweiffende Wesen.

286. Sic haud stulte sapies, licet id demiretur in te caro et sanguis: So wirst du klüglich handeln, nicht ohne Entsetzung und Entrüstung deiner natürlichen Unart.

287. Cupidus demum esto, vt animum tuum Christi inopia incendat. Trage ferner einen billigen Hunger und Durst nach JEsu, den deine Seele offt für vermisset, ansiehet. *Melancholiae.*

288.

Millen. IV. Saec. VI. Nun was für Gemüthe findt man bey diesen Leuten? Gewiß zum Theil ein edles, zum Theil aber ein unbändiges, und welches alle Dinge auf das höchste point zu setzen pfleget.

211. Et quem vix aedes corpusculi capiunt. Und dem offtmahls der Cörper zu enge wird.

Sanguis. Voluptas. 212. Sunt alii, qui se in laetitiam, quandoque frustra, coniiciunt. Andere gibt es, die ihnen Freuden-Stunden, auch da es unnöthig machen.

213. Nec prae gaudio sciunt, vbi sint: Und wissen ihrer Freude weder Maaß noch Ziel.

214. Qui tum frui voluptatibus oportere putant, dum datur, dumque licet: Die da meinen, man solle zu der Zeit, da man es haben kan billig in floribus leben.

215. Cum nescias certo, earum sit potestas posthac, an numquam tibi, da man nicht wisse, ob einem erlaubt sey, auch hinführo sich lustig und fein ausgelassen zu bezeigen.

216. Atque adeo ruunt imprudentes in sui perniciem: (k) Sie rennen aber auf diese Art, in ihr Selbst-Verderben.

217. Hos enim offendas saepè misere noctem scorti orantes: Massen, diese sind man oft, wie sie sich ein Nacht-Lager in einem suspecten Orte erbetteln.

218. Hi, dum amant, concalescunt: Sie brennen so gar für Liebe.

219. Dum loquuntur, sermones continuo cadunt: Sie haben ein gutes Mund-Werk.

220.

(k) Nam *Venceslaus* Imp. inter sanguineos hos referandus sit, quem quidem *Christ. Thomasius*, quaest. dodec. Q. IX. timidum, vino deditum, nec ad magna natum, sincerum tamen, benignum, clementem vocet, non est nostrum recognoscere.

220. Dum laborant, continuo telam laboris deferunt: Sie sind in ihrer Arbeit unbeständig. Millen. IV. Saec. VI.

221. Dum in votis quidquam habent, lacrumis opplent os totum sibi, rei illius desiderio. Sie vergiessen auch Thränen, da sie so bald dessen, was sie verlangen, nicht gewehret werden.

222. Dum conantur aliquid, titubant semper. Und so sie etwas wichtiges auszuführen haben, werden sie alsbald kleinmüthig.

223. Immo, id etiam metuunt, (1) quod tamen cuncti confitentur, sine periculo esse: Ja sie fürchten sich, wo nichts zu fürchten ist.

224. Si vera tamen metus caussa est, euersas eorum mox videas ceruices: Ist aber was billig zu fürchten, da sehen sie gerne zurücke, und ziehen sich fein aus der Schlinge heraus.

225. Hi disquirunt porro semper, quid rerum portet hic vel alter? Diese fragen immer, ob dieser oder jener etwas neues bringe?

226. Vbi, si paullulum modo quid se fugerit, iam periisse se arbitrantur. Und meinen, sie könnten unmöglich leben, wo sie nicht alles in Erfahrung brächten.

227. Perdoceris ita probe, signa haec esse animi, qui se retinere nequeat ipsum: Hieraus lernet man, wie dieses alles aus einem Gemüthe herrühre, das sich selbst zu fassen nicht vermag.

228. Sunt porro, qui se collocupletauerunt bene. Es gibt ferner Leute, die ihnen einen Reichthum erworben. *Melancholia. Avaritia.*

229. Sed alios, in suis deserunt malis: Hingegen nehmen sich der Nothdurft derer Darbenden nicht an.

T 5 230.

(1) Nam veluti pueri trepidant, atque omnia caecis
In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
Interdum nihilo quae sunt metuenda magis, quam
Quae pueri in tenebris pavitant — *Lucret.* L. II.

Millen. IV. Saec. VI. 230. Hi, licet omnia prope habeant, tamen sibi nihil rerum omnium esse, queruntur: Und diese, ob sie gleich alles haben, so klagen sie dennoch über ihren Mangel.

231. Accedunt forte amici, mox perquirunt, quid turbae sit? Kommt jemand zu ihnen, bald fragen sie, wer es sey?

232. Mox res haec solicitat eos, quid comedent? quid ebibent? Bald ficht sie die Sorge an, was doch diese Leute werden verzehren?

233. Aut, quid his rebus sene fuerit miserius vel pauperius? Und wie hiedurch der alte Greiß müsse zu Grunde gehen.

234. Sed et hi, licet nihil satis firmi videant, quam ob rem accipere expediat iis metum, timent tamen: Auch diese fürchten sich, da nichts zu fürchten ist.

235. Et, si inuersa sint, quae moliuntur: Und da zuweilen ihre Sachen einen Krebs-Gang gewinnen.

236. Tantum abest, vt gratiam apud fortunam inire velint: Da bekümmern sie sich nicht, wie sie es glücklicher anfangen mögen.

237. Vt potius de spe decidant prorsus: Sondern verzagen so bald an einem erwünschten Erfolg der Sachen.

238. Hi falso simul adsolent suspicari multa: Sie sind auch argwöhnisch dabey.

239. Aliterque cuncta, atque sunt, accipiunt: Und deuten alles auf das schlimmste hinaus.

240. Hos porro, mediocriter videas vestitos, immo saepe pannis obsitos: Diese thun in der Kleider-Pracht niemahls zu viel, vielmehr gehen sie offt zerrissen einher.

241. Vnoque subtegmine, vna ancillula contentos: Sie lassen sich auch an wenigem Hausrath und Gesinde genügen.

242.

242. Pulsat quis eorum fores: Klopfft jemand an ihre Thür. Millen. IV. Sec. VI.

243. Ac forte de improuiso iis fuit interuentum: Und man trifft sie ohngefehr zu Hause an.

244. Negligitur, quisquis est, internuntius: So kehren sie sich an desselben Anbringen nichts.

245. Quippe, disciplina iis est, munerari neminem: Denn sie halten es für eine Wirthschafts-Maxime, keinem etwas zu verehren.

246. Non ii rogant, vt ad se venias de cetero. Sie ruffen auch selten jemand wiederum zu zu sprechen.

247. Quin multis sæpe in modis iniurii sunt, adeo, vt ferri ea propter vix possint. Vielmehr suchen offt dein Unheil, dergestallt, daß sie eben darum allen ehrliebenden unerträglich fallen.

248. Neque tamen illud morantur, si ob id in summa sint infamia. Noch, machen sie sich wenig daraus, wenn sie darüber in eine Blame gerathen.

249. Ceterum, licet omnia potiri velint. Uebrigens, ob sie gleich alles zu überkommen trachten.

250. Tamen, suum esse in potiundo periculum nolunt: Doch wollen sie mit ihrem Schaden nichts anbeissen, noch sich darüber einer Gefahr aussetzen.

251. Apud hos argentum, quod polliciti forte tibi sunt, non eadem hac inuenias facile via. Sie geben nicht so leicht, so leicht sie etwas zu geben versprochen haben.

252. Saepe orando, surdas iis reddi aures, experiundo sciunt multi: Viele habens erfahren, wie diese Leute über ein wiederhohltes Bitten die Ohren noch mehr zu verhärten pflegen.

253. Denique, animo obstinato sunt, adeo, vt in eum res apud eos redeat locum, vt sit ne-

cesse:

Millan IV. Sect. VI. cesse: Endlich, sind sie so eigensinnig, daß es par force geschehen muß, was sie sich eingebildet haben.

254. Apud quos iam, obsecro, huiusmodi aliquid reperias? Lieber, bey welchen sind nun diese Dinge zu finden?

255. Apud eos profecto, qui cum grati esse possint, vrbanitate ac beneficentia, nolunt: Warlich bey denen, die, da sie sich durch Höfligkeit und Wohlthätigkeit hervor thun konten, solches zu thun sich nicht entschliessen wollen.

256. Et quibus suis tantum deseruire commodis, (m) dedecori parum est: Und die sich nicht schämen, ihr eigenes Interesse allein zu besorgen.

Phlegma. Animus pusillus. 257. Sunt denique, qui fortunatiorem se neminem putant: Letzlich, so giebt es Leute, die sich für die glückseeligste achten.

258. Quod priuati, in aurem vtramuis otiose dormire possint: Daß sie ohne allen Kummer in der Stille leben mögen.

259. Nec res audiant, quae omnem sibi faxint metum: Auch in keine Dinge sich mischen dörffen, dadurch ihnen einige Besorgniß entstehen mögte.

260. Ideo vident omni modo, ne quid accusandi sint in publico: Dahero sie sich vor aller Anklage und Proceß-Affairen hüten.

261. Atque ob id cum iis, apud quos nulla fides est, mature conueniunt: Auch dahero sich mit denen

(m) Mores melancholici familiares in *Persea* vltimo Macedonum rege obseruat *Plutarchus*, qui eum in *Aemilio*, vocato hominem pusilli ingenii, prauique, cuius inter varia vitia praecipuus fuerit pecuniae amor, vt qui pecuniam suam tangere metueret haud aliter quam alienam. Hominem porro abiecti et ignobilis animi, sordidum, in periculis summa trepidatione [illegible], spe lapsum est.

denen intricaten und Unbilligkeit liebenden Leuten lieber in der Güte vergleichen. MILLes. IV. Soc. VI.

262. Licet ii, aliud velint nihil, quam horum detrimentum: Es mag solches auch mit ihrem eigenen Schaden geschehen.

263. Ita, copia iliis semper est, vt sint sine metu, sine controuersiis. Also haben sie das Vermögen, stets ohne Furcht und Verdruß zu leben.

264. Non illi in publicum prodeunt, quasi illic minor sua res agatur, quam alterius: Sie erscheinen auch nicht leicht zur öffentlichen Versammlung, als wenn sie die gemeine Sache nicht eben so, wie andere, angienge.

265. Ideo, de quibusuis verbis, graues complectentibus res, facile errant: Dahero sie sich auch in einen statistischen Discours nicht alsobald schicken können.

266. Aut ambages sibi narrari putant: Oder, sie halten solches für unnütze Umschweife.

267. Numquam porro studiose texentes eos telam, offendas: Sie sind ferner in ihren Verrichtungen saumseelig.

268. Sed mox stant, nec ad lanam redeunt: Da sie bald müßig stehen, auch nicht so bald das Werk wieder angreiffen.

269. Capillus iis passus, prolixus, et circum caput reiectus, negligenter: Sie ziehen ein langes, aber uneingeflochtenes, und offt ungekämmtes Haar.

270. Frons, non expolita candore. Das Gesichte zeugt von keiner ausnehmenden Freundlichkeit.

271. Neglecti cetera, immundi plerumque illuvie,

(a) De his valebit illud *Persii*, Satyr. III.
Non pudet ad morem discincti viuere Nattae:
Sed stupet hic vitio, et fibris increuit opimum
Pingue — Conf. *Horat*, Serm. L. I, Sat. 6.

Millen. IV. Sec. VI. vie, sordidati ac sordidi. Und die gantz negligent, auch der Schlutzerey offt ergeben sind.

272. Atque adeo, omnes iis res neglectui sunt: Daß also alles bey ihnen in grösser inactiuité zu sehen ist.

Iudicium. 273. Equidem, oportuit has quidem propensiones relictas. Zwar es gebühret sich, daß ein Christ von allen diesen Neigungen entfernet sey.

274. Quarum nunc pudet nos, ac miseret simul. Darüber wir uns billig schämen müssen.

275. Sed, cum in naturam prope degenerauerint, saltim, quo modo obuiam abeundum iis sit, dispicias, velim. (o) Da sie aber fast zur Natur worden sind, so muß man wenigstens dahin trachten, wie man ihnen begegnen könne.

276. Nihil tibi iam sit rerum omnium, quod malis, quam tuam indolem, Christiana emendari indole. Es soll dir also nichts erwünschteres seyn, als deine Neigungen nach der Christen-Art auszubessern.

277. Ad virtutem ergo, et arduum illud βραβεῖον consequendum, nulla tam impedita tibi via sit, quin robore Spiritus Domini eo enitaris. Brauche nun die Stärcke des Geistes dahin, wie du zur Tugend, und dem vorgesetzten Kleynod gelangen mögest.

Vsus Cholerae Christianus. 278. Quid enim aliud tibi vis, dum animo magnus es, quam vt cito, nec impeditus, consequi Christum discas. Denn, wozu dienet dir dein edler und muthiger Geist, als, daß du hurtig.

(o) Temperamenta quippe inclinant quidem, non necessitant, vt morum Doctores loquuntur. Potest Philosophus rebelli naturae suae, quodam modo resistere, vt Socrates. Potest hoc magis Christianus, virtute supernaturali. Vid. PVFENDORF. de officio hom. et Civis, C. I. de act. hum. §. XII.

tig, und unverhindert deinem Herzoge Christo nachfolgen sollt. Millen. IV. Saec. VI.

279. Quam vt patria carens, erres, pro Christo, si contingat. Daß du dich nicht entbrichst, so gar das Elend um Christi willen zu leyden, wo es so weit kommen ist.

280. Nihil, saeculi caussa adsimulans. Daß du, der Welt zu gefallen, nicht heuchelst.

281. Sed te, famamque tuam omnem permittens prouidentiae, fatorum dominae. Vielmehr aber dich und deine renommé alleine der Göttlichen Regierung, als einer Beherrscherin deines Glückes, anvertrauest.

282. Vis amare, vis potiri, opus est, velis id simul, quod des Christo, dilecto tuo, effici. Wilt du der Heiligen Liebe pflegen, auch derselben Früchte abbrechen, so must du auch etwas thun, das der Gegen-Liebe Christi fähig sey. *Sanguinis.*

283. Ac proinde, orna te, ita vt hi solent, qui ornant se sibi, ne aliis placeant: Und dahero schmücke dich, als jene, die nicht andern zu gefallen, sondern zu ihrem eigenen plaisir sich schmücken.

284. Malas tuas rubore, ex poenitudine orto, expoli: Deine Wangen färbe mit jener Röthe, die aus einem bußfertigen Herzen entspringet.

285. Loqueris aliquid, semper ad rem redi. Redest du etwas, so meide alles ausschweiffende Wesen.

286. Sic haud stulte sapies, licet id demiretur in te caro et sanguis: So wirst du klüglich handeln, nicht ohne Entsetzung und Entrüstung deiner natürlichen Unart.

287. Cupidus demum esto, vt animum tuum Christi inopia incendat. Trage ferner einen billigen Hunger und Durst nach JEsu, den deine Seele offt für vermisset, ansiehet. *Melancholiae.*

Hilsen. IV. 288. Obsequens porro sis patri caelesti in cunctis, aduersis etiam, amoto gemitu et screatu, quae hominis diffidentis & minus moderati signa sunt: Sey mit der Göttlichen Führung immer zufrieden, ohne viel murrens und lamentirens nach Art derer Ungedultigen, zu machen.
Sacc. VI.

Phlegma emendatum. 289. Denique felicem reputa hominem, qui in stadio Christianismi, non stertit, sed ambulat. Endlich halte den für den Glückseeligsten, der in dem Wege seines Christenthums nicht säumig ist, sondern seinen Lauf ferner fortsetzet.

290. Quippe in tempore veniendum, quod rerum omnium primum est: Massen zur Zeit, die sonst bey allen Dingen vornehmlich beobachtet werden muß, zu kommen, allerdings die Nothwendigkeit erheischet.

291. Ergo, aut hæc cum Christianis sunt tibi habenda, aut propensiones tuae prorsus amittendae: Darum, halte es auf diese Art entweder mit den Christen, oder entschlage dich deiner Regungen völlig.

292. Harum duarum conditionum vtram nunc malis, vide. Welches du nun von beyden erwehlen wilt, sehe du zu.

293. Crede, hoc consilium, quod ceperis rectum erit, tutumque: Und glaube mir, daß diese bißherige Vorschläge sicher und heilsam sind.

294. Hoc faciens, abi, et parce, quod longum fuerit, tibi quod narrauerim. (p) Thust du solches,

(p) De *temperamentis*, sicuti complures morum Doctores non minus, quam Physici scripserunt, ita singularem in hoc argumento nauauit operam Celeb. D. GEORGIVS ERNEST. STAHLIVS, dissert. medica, qua temperamenta Physiologico - physiognomico - pathologico - mechanice enucleantur, Halae Magd. 1697. Iuuat, animi caussa, quae C. II. profert, heic adducere: Formantur etiam animi mores ad habitum

chet, so gehe hin, und halte mirs für gut, daß ich etwas weitläuftiger hievon geredet habe. Miles IV. Scen. VI.

U Imi-

tum temperamentorum, *Cholerici*, non modo ad agendum in genere, sed et in agendo, alacres, veloces, expediti, exquisiti, vigiles, morae ac impedimentorum impatientes, iracundi, confidentes sibi, nihil admodum diu pensitantes, neque tenaciter memoria servantes, facilius per impatientiam et praecipitem velocitatem turbantes, et ordinem ad agendum aeque, ac in agendo minus servantes, immo sub praecipitantia, ac intentiore impetu, neque modum quidem tenentes. *Sanguinei*, liberi admodum et alacris animi sunt, ad omnia faciles, nihil solliciti, vegeti, et vivaces: moderatioris fere animi habitus, inter utrumque extremum, sed facile ad alterutrum, per animi velut indifferentiam, prolabentes. *Melancholici*, ad agendum non segnes quidem, sed tardi; propter intentionem, suspiciosi et diffidentes, in agendo assidui, constantes, propositi tenaces, alacriter ad finem tendentes, ne quid novum incidat, rei suae ad ultimum peragere intendentes, ne quid novi laboris interea oriatur. In omnibus rebus magis impedimentum, quam successum suspicantes, placide tamen, et quasi tacite, aequabili etiam tenore, et vigili atque constanti, assiduaque industria agentes. Destituente undiquaque successu, aut urgentibus rebus repentinis, quae speculationem et circumspectionem non exspectant, trepidi, anxii, furiosi: iracundiae et aliarum rerum tenaces atque meditantes. in facilibus successibus, minus moderati, avari, etc. *Phlegmatici*, segnes, ignavi, taediosi, stupidi; tardi, languidi etiam, et cito defatigandi; negligentes, et nihil solliciti, ad metum magis, quam ullam fiduciam proni; facile tamen hunc quoque metum negligentes; obliviosi, nihil magnopere vel pensitantes, vel aestimantes, tenaces tamen rerum, in quas inciderunt, licet non tam rationali aliqua aestimatione, quam taedio; operae forte frustra collocandae, aut novi laboris denuo impendendi; unde oblato alio consimili objecto, priore facillime decedunt. Conf. CHRIST. THOMASIVS in der Ausübung der Sitten-Lehre, et alii; quos allegat MART. HASSEN, Praecept. nostri venerandi, Synops. Scient. Moral. de temperamentis, p. 128.

Olymp. IV. Saec. VI.

Imitatio LIX.

Rerum Romanarum continuatio.

Pensum I.

Connubium plebis cum patribus. Censores, Sp. Melius. Tribuni militum. Consular. potestas.

Quemadmodum inuersa erant omnia, quae moliti fuerant *Decemuiri*, (215) vt qui multis modis in plebem iniurios se praestiterint: (247) ita sublatis iis, omnes simul leges, quas condiderant, oportuit esse relictas. (273) Primum ergo omnium (198) nihil iam populo fuit rerum omnium, quod mallet, (276) quam eam quidem legem abrogari, qua impedita prorsus plebeiis erat via, ad connubium cum patriciis
3506. incundum (q) (277) Cuius rei demum plebs, opera *Canuleii* Tribuni plebis potita omnino est. (149) Erant porro, qui ad consularem dignitatem plebeios quoque omnem adfectare posse viam, (194) docerent. (r) Non multo post
Censores. *Censores* creantur: qui, quo quisque studio vitam
3508. suam exigere soleat, (190) obseruarent, moresque, tum singulorum enarrarent. (190) Sigillatim, disciplina iis erat, (245) equites censere, apud quos, si quid huiusmodi reperissent, (254) quod accusandi essent, (260) si nimirum omnes iis res neglectui esse, (272) si equorum capillos passos, prolixos, et circum caput reiici negligenter, animadvertissent, (269) si, hunc porro, illumue, numquam studiose texentem laboris telam offendissent, (267) sed mox stantem, nec ad culturam sui armorumque suorum re-

(q) Livivs, L. IV. C. 1. (r) Liv. L. IV. C. V. sq.

redeuntem, (268) si denique neglectum, im- Millen IV.
mundum, plenumque illuuie conspexissent, (271) Saec. VI.
protinus de amouendis his istiusmodi hominibus consilium capiebant, vtpote tectum maximeque tutum. (s) (289) Curabant id simul, vt argentum eadem semper, dum in primis munerandus esset miles, (245) inueniri via posset.
(251) Eodem hoc tempore, non parum ea res 3512.
Romanos sollicitabat, quid comedendum sit? (232) nec iam sciri poterat, quomodo fami obuiam abeundum esset? (275) Erat hac eadem tempestate SPVRIVS MELIVS, (t) ex ordine equestri, qui dum collocupletasset sese bene, (228) populum in his quidem malis haud deserendum esse existimabat. (229) Facinus ergo magnum ac memorabile vt faceret, enitens semper, (198) annonae largitionibus, animos plebis in se conuertere conabatur; siue, vt in vita sua, laudem beneficentiae quaesitum se iuisse putaretur, (201) siue, vt impudenti audacia, (166) tutam ad capessendum imperium viam, quam pauci nossent, sibi pararet. (185) Ex his exterioribus sane, coniectura de iis, quae intra illius fuere animum, non frustra capiebatur (188) ab iis, qui ad res istiusmodi erant longe perspicaciores. (197) Cum igitur cupidus esset *Melius*, quomodo animus suus maiore in dies imperii inopia incendi posset, (287) atque hanc ob rem a Q. *Cincinnato* dictatore in ius vocaretur, nec tamen in publicum prodiret, (Ph. 441) ab *Ahala Servilio*, equitum magistro, qui saepe orando, vti ad curiam veniret, (246) surdas
ei reddiderat aures, (252) obtruncatur. (u) Ita 3513.
ille imprudens, in sui ruit perniciem. (216) Pu-

 de-

(s) LIV. L. IV. C. 8.
(t) LIVIVS L. IV. C. 13.
(u) Domus illius diruta et *Aequimelium* dicta. LIV. L. IV. C. 14. sq.

Millen. IV Saec. VI. debat vero plebem miserebatque fati Mellarii (274) quae ea propter, vtque in posterum non experiretur res, quae omnem sibi faxint metum,
3514. (259) *Tribunos militares, consulari potestate*, creat.

Pensum II.

Bella varia. Coniuratio Seruorum. Camilli virtus contra Gallos.

Cantanda nunc essent Romanorum bella, (192) cum *Fidenatibus*, *Veientibus* ac *Volscis* gesta, nisi in eum apud nos historia redire deberet locum, vt necesse sit, breues nos esse. (253) Fidenae (x) quidem, postquam armatos facibus pugnam adsimulaturos, (280) Romanis opponerent,
3517. à Q. SERVILIO PRISCO captae, se suaque omnia victoribus permittere cogebantur. (281) Sed Romanos, à Veientibus multa pertinaciter passos, (y) (203) ad extremum,
3524. *Larte Tolumnio* enecato, spoliisque opimis (z) reportatis, victoria consequuta est: (275) dum interea Veientes mature cum victoribus conue-
3527. niunt. (a) (261) In *Volscos* tamen quoties aliquid conabantur Romani, semper titubabant.
Serui. (222) Non multo post *grex seruorum* (b) dede-
3533. cori parum sibi fore putabat, (256) si incensa Vr-

(x) LIV. L. IV. C. 21. et C. 33.

(y) *Sergius* cum rege Veientium *Larte Tolumnio* dubio marte pugnat, tum cruenta satis victoria potitur. LIV. L. IV. C. 17.

(z) A. *Cornelius Cossus*, in acie *Lartem Tolumnium* ictu, equo deiicit, transfigit, et exsangui detracta *spolia opima* in triumpho ducit. Haec, in aede Iouis Feretrii, prope Romuli spolia, deponuntur. LIV. L. IV. C. 19. sq. Conf. L. I. C. X.

(a) Obtinuerant inducias annorum 20. LIV. L. IV. C. 35.

(b) LIV. L. IV. C. 39. et C. 45.

Vrbe, capitolium occupauerint veteratores, Millen.IV.
(And. 253) sibique copiam fecerint, vt sint sine Saec.VI.
metu, (263) nec vt mancipia, sordidati ac sordidi amplius habeantur. (271) At vero, de consilio hoc suo grauiter errarunt (265) nebulones, (Eun. 128) dum comprehensi, sero didicerint, sui ipsorum quidem in potiunda Vrbe fuisse periculum. (250) Quid aliud vero sibi haec domestica voluit calamitas (278) quam quod cito consequuta eam fuerint bella cum *Veientibus* vicissim, *Faliscis*, aliis, gerenda. (278) Ac *Veiae* quidem post elatum satis ac tumens responsum, (c) obsessae, operâ M CAMILLI, qui prius ac quidquam in hostem susciperet, gratiam apud Apollinem Iunonemque inierat, (d) (236) capiuntur. Sed Vrbis *Faleriae* portis pessulum virtus Faliscorum obdiderat; (186) adeo, quidquid aduersi euenisset, pati volebant pertinaciter: (203) cumque non nisi falso suspicari possent, (238) coniecturos se intro hostes, (187) impositis portis custodiis, ipsi tunicati, ceruicibusque erectis, nec euersis prae metu, (224)
per Vrbem vagabantur, immo facile patiebantur, 3558.
vt Ludi Magister, (e) gregem puerorum Ludi Ma-
illustrium secum ducens, (207) iam circum mu- gister.
ros, iam extra moenia tuto deambularet. Adeo id quandoque non metuitur, quod tamen rei euentus confitetur post hac, sine periculo nostro non fuisse. (273) Etenim nefarius homo, se, suosque, quorum vt alibi, ita hic dux erat, *Camillo*, patriae hosti, permittit: (281) quod ve-

(c) Quod nisi legati Rom. facesserent propere, vrbi finibusque daturos, quod Lars Tolumnius dedisset. LIV. L. IV. C 58.

(d) Preces *Camilli*, à quibus oppugnationem inchoauerat, Vid. apud LIV. L. V. C. 21.

(e) LIV. L. V. C. 27. et PLVTARCH. *in Camillo* p.m. 125. *FLORVS L. 1. C. 12.*

Millen. IV ro facinus, aliter longe, quam proditor spera-
Saec. VI. uerat, accipitur, (239) Nam et negligitur hic victoriae internuntius à Romanis prorsus (244) et qui putabat, magnifica sibi parata esse verba iuxta ac praemia, verbera sibi parauit miser; (295) caedi quippe à pueris, quos eduxerat, *Camilli* mandato iussus est, vt homo, apud quem nulla fides reperiretur, (251) Oppidani, qui liberorum subductorum desiderio lacrumis opplebant os totum sibi, (221) visis prolibus, saluè redeuntibus, non modo prae gaudio nesciebant, vbi sint, (213) sed et animum *Camillo* eundem esse, ac erant mores sui, tum demum intelligentes, (193) Romanis sese dedere. Rogitas vero, (210) quale praemium Camillo hanc ob rem sit tributum? (f) (Ph. 771.) Sperabat miles, praeda Faleriana se potiturum: (282) at, cum de spe decideret prorsus, (237) accusandum eum coram Senatu censuit, quod cum gratus esse potuerit beneficentia, noluerit. (255) Ob id, licet in ius vocaretur *Camillus*, non ille tamen in publicum prodiit, quasi illic minor sua res ageretur, quam alterius, (264) maluitque patria
3562. carens, (g) errare, (279) quam in summa esse apud cives infamia, (248)

Pensum III.

Camillus, imm nentibus Vrbi Gallis, reuocatur.

Galli. Sed, quam in tempore, quaeso, exsul hic Romanis venit! (195) Forte tunc Galli, (h) quos

(f) Vid. PLVTARCH. in Camillo p. m. 126. LIVIVS L. V C. 32.

(g) In exsilium abiens, precatus est à Diis, vt si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui, ciuitati ingratae facerent. LIV. l. c.

(h) LIV. L. V. C. 33. 35.

quos dudum iam patrium solum non capiebat, Millen.IV.
(211) duce BRENNO regulo, Alpes, (i) Saec.VI.
transcenderant, et à Clusinis ius incolendi agri *Brennus.*
postulauerant, (Ad. 207) Sed dum id vellent, 3562.
quod non poterant contingere, (196) bellum Clusinis indicunt. Hi, postquam satis aliquid firmi viderent, quam ob rem accipere expediat sibi metum, (234) auxilia a Romanis deposcunt. Mittuntur tres *Fabii*, qui perquirant, quid turbae esset? (231) Gallosque doceant, quomodo contra ius gentium de improuiso Clusinis interuenissent. (243) Verum, cum Galli nihil amplius vellent, quam horum detrimentum (262) ambagesque duntaxat à Romanis enarrari sibi putarent, (266) res ad pugnam redit. (268) Hic vero legatos in milites degenerasse (k) mireris, (275) quibus abire sane, si haud stulte sapere videri voluissent, (286) fuerat consultius. Prostrato quippe barbarorum duce, Galli posita in Clusinos ira, arma capiunt, sibi magis, quam eius caussa, qui erat mortuus, (209) bellumque Romanis inferunt. (l) Romani, hostes mediocriter vestitos, immo plerosque pannis obsitos, (240) vnoque contentos esse solere subtegmine, (241) a Fabiis edocti, spernant, quidquid erat periculi, (202) nec, vt par erat, disquirunt, quid rerum portet barbarus? (215) Militem ergo, non expolitum educunt, (270) quo vero turpiter victo, nihil hoc ipso rebus Romanis accidit miserius. (233) Ingressi Vrbem Galli,
alios quidem offendunt misere gratiam orantes, 3563.
(217) alios, Vrbis defendendae telam deserere, 16. Iul.

U 4 (220)

(i) LIV. L. V. C. 38.

(k) LIV. L. V. C. 36.

(l) Prius tamen legatos Romam mittunt, questum iniurias, postulatumque, vt pro iure gentium violato, Fabii dederentur. LIV. l. c.

Millen. IV. Saec. VI. (220) inque Capitolium profugere, vident. Senatus contra, licet nollet, id ipsum vix sine periculo futurum, (190) tamen domi (m) quisque suae hostem praestolatur, dum sese ornaret prius, vt hi solent, qui ornant se sibi, ne tam placeant aliis, (213) quam augustiores potius euadant. At miles barbarus, dum hac arte tractari amplius non posset, (n) (206) quos primum venerabatur vt Deos, enecat. Inde pulsantur Capitolii fores. (240) Ac nisi anserum screatu (o) (288) (quod quidem animantium genus, sermones suos continuo caedere solet, (119))

M. Manlius. MARCVS MANLIVS è somno fuisset excitus, canibus interim in vtramque aurem otiose dormientibus, (258) de re tum Romana certo fuisset actum conclamatumque. (Eun. 201) Galli interea, licet omnia prope iam habuerint, tamen nihil rerum omnium sibi esse putabant, (239) nisi, dum vellent Romani hostem Vrbe decedere, id simul velint, quod dent victoribus, effici (p) (282) Sed CAMILLVS, ab exsilio reuocatus, conditiones barbarorum eas esse ratus, quae ferri non possent, (247) consilium liberandae patriae in tempore arripit, quod rerum

(m) LIV. L. V. C. 41.

(n) M. *Papirius* Gallo, barbam suam permulcenti, scipione in caput immisso, iram mouit, atque ab eo initium caedis factum. LIV. L. V. c. 41.

(o) LIV. L. V. C. 47. FLORVS L. 1. C. 13. anseres sacri Iunoni in templo nutriebantur, tum vero, ob penuriam annonae neglecti. PLVTARCH. in Camillo, p. 132. Canis postea, quotannis in pompa gestabatur in crucem actus, anser contra, splendidae insidens lecticae praeferebatur. HILDEBR. antiquit. Voc. *Canis*.

(p) Datum *Brenno* mille pondo auri pretium, additus ponderi ab insolente Gallo gladius, cum voce: *Vae victis*. LIV. V. L. C. 48.

rum Romanarum, ea tempestate, omnium erat primum, (290) commissoque cum hoste praelio, tam praecipiti barbaros obire morte iussit, (208) vt nemo fuerit, qui lugubri veste indutus (208) cladem suis denuntiaret. Ita Camillo fortunatiorem Roma, vtilioremque sibi vidit neminem: (257) vnde factum est, vt is honor, qui soli Romulo debebatur, plebe in amando Dictatore concalescente, (318) eidem delatus fuerit. (q) Millen. IV. Saec. VI.

Pensum IV.

Manlius è rupe deiectus. Consules plebeii. M. Curtius pro patria praeceps.

Haec dum geruntur, *Manlius*, cuius virtutem in tuendo Capitolio Roma haud pridem demirabatur, (286) stulte satis sapere incipiebat. (r) (286) Ac, quotidianae quidem vitae illius consuetudo, largitionibus conspicua, declarabat maxime, quale fuerit ei ingenium. (189) Scilicet, cupido imperandi, radices apud animum semel nacta, ab ipsa illius virtute diuelli prorsus aut expelli non poterat. (191) Igitur, non aliter malas illius rubore expoliendas censuit Senatus, (284) quam si idem, qui propensiones suas iniquiores, amittendas noluit, (293) Tarpeia rupe deiiciatur. (s) Interea domestica diffidia satis experiundo nouerat respublica: (252) 3369.
dum in primis plebs, creandos esse *Consules plebeios*, persuadere patribus conaretur, quod tamen his placebat minime, (204) usque dum 3386.
U 5 digni-

(q) Romulus ac parens patriae, conditorque alter Vrbis adpellatus. LIV. L. c. C. 49.
(r) LIV. L. VI. C. 14. sq.
(s) LIV. L. VI. C. 20.

Millen. IV. dignitatem hanc cum plebe habendam esse, (291)
Saec. VI. Patres conscripti, inuiti licet, decernerent. (t) Eodem hoc tempore *Praetores* (u) *Aedilesque Curules* (x) ex patriciis creati; quod monere hic quidem non fuerit frustra. (192) Ceterum, de bellis *Volscorum* et *Latinorum* longum foret, Tibi quod heic narrauerim. (y) (294) Perdoceri tamen iuuat, quam fatorum calamitatem signa impotentis Romanorum animi adtulerint. (227)
3593. Vel enim cum *Gallis* (z) denuo illis ad rem redeundum fuit, (285) vel cum peste confligendum. (And. 38.) Neque vero harum duarum conditionum, vtram mallent, videre poterant: (292) adeo vtrinque obsequendum fatis fuit. (288) Postremo, haud praetereunda hoc loco
M. Curtius est M. CVRTII virtus, (a) qui, dum pestife-
3591. ris Roma exhalationibus premeretur, et videretis,

(t) Fabius *Ambustus* duarum Filiarum pater, alteram *Sulpitio* patricio, alteram plebeio *Stoloni* dederat. Haec quodam tempore, quod lictoriae virgae sonum ign. tum penatibus suis expauerat, a sorore irrisa, iniuriam non tulit. Itaque *Stolon* nactus tribunatum, magistratuum quoque consortium, inuito licet Senatu exto...sit. FLOR. L. 1, C. 26. LIV. L. VI, C. 34. et L. VII, C. 21.

(u) Primum Consules sic adpellati, quod praeirent aut praeessent, postea hi dicti sunt, qui ius dixerunt. HILDEBR. ant. Rom. voc. *Praetor*. p. 384. sq.

(x) Seu *Maiores*, qui ius sellae habebant, cum contra aediles plebis in subselliis tantum sederent, HILDEBR. l. c. p. 18. sq.

(y) Vid. LIV. L. VI. C. 32. sq. de *Tutula*, ancilla Romana, cuius ope Roma contra Latinos vindicata, PLVTARCH. in Camillo, pluribus.

(z) Hoc bello Titus *Manlius* singulare certamen cum Gallo quodam homine procerissimo inierat, quem caesum, torque nudauit, ideo *Torquatus* dictus. LIV. L. 7 C. 9. 10. Cont. C. 23. sq.

(a) LIV. L. 7. C. 6. VALER. MAX. L. V. C. 6.

retis, perituram sic Vrbem, si ratio, qua deferuescere malum posset, (Ad. III.) fugeret ciues; (226) sese in voraginem praecipitem dedit. (Andr. 356) Facinus tamen extra noxiam non fuit, (206) quod antequam experiundo nosset, quid sit mori, (252) voluptatibus quibusuis frui licere sibi existimauerit, dum daretur, (214) probe quippe gnarus, earum potestatem posthac numquam sibi futuram. (215.) Millen. IV. Saec. VI.

Imitatio LX. Hist. prof.

(*Modum diuersi argumenti, iisdem phrasibus exprimendi, exhibens.*)

Rex Siciliae;

Pensum I.

Dionysius Senior.

Syracusani, hoc saeculo, viam, quam ad imperium adfectabant, (194) non impeditam sibi parauerant. (277) Nam et Agrigento potiti sunt, (249) et cum Leontinis, Ægestanis et Catunensibus, immo, ipsis quoque Carthaginiensibus ita decertarunt, vt omnem apud fortunam gratiam iniisse viderentur. (236) Neque enim, vel Atheniensium auxilia, *Nicia* duce, illud quidem contingere poterant, quod vellent, (196) postquam GYLIPPVS, (b) Lacedaemoniorum dux Syracusanis de improuiso interuenisset, (243) vel Carthaginienses ipsi, (qui tamen *Hannibalis* opera, nuper in Siciliam coniecti, (187) laudem victoriae, quam quaesitum venerant, (201) obtinuerant,) ab Ægestanis con-

3504.

3523.

3536.

(b) IVSTIN. L. IV. C. 4.

Millen. IV. contra Selinuntinos exciti, duce *Himilcone*, adeo
Saec. VI. magnum ac memorabile facinus, vt facerent,
eniti poterant, (198) quin verbera, a Syracusanis parata sibi fuisse, experirentur. (20.) At, dum nihil satis firmi vident, quam ob rem ac-
3545. cipere iis expediat metum, (234) DIONYSIVM timere coguntur. Hic enim, dum arte adeo tractare nosset ciues, (206) vt consiliis opeque sua, extra omnem noxiam esse viderentur, (206) initio quidem Vrbis patriae imperium, impudenti audacia (200) suscepit, tum sicubi prodiret, gregem seruorum ducebat secum, (207) iamque in hunc locum res apud eum redierat, vt fuerit necesse, (253) Syracusanos illius, vt Dominae, permitti tyrannidi. (281) Hic primum equidem pacem cum Poenis ineundam, suorum magis commodorum caussa, adsimulabat; (280) illico tamen ad rem rediit bellicam, (268) persuasus, consilium eiiciendorum insulâ Carthaginiensium in tempore capiendum esse, (293) quod rerum omnium primum est, (290) cum hos, peste grauatos, quid,
3571. quid contra Dionysium conaturi sint, titubare oporteat. (222) Sed neque *Carthago* his rebus in aurem vtramuis otiose dormiuit. (258) Mittitur namque *Himilco*, qui adeo Syracusanis portis pessulum vndique obtudit, (186) vt Dionysio hac tempestate nihil fuerit miserius. (233) Deferenda tamen Afris tela laboris fuit, (220) postquam immissa in militem morte, quae fores sine discrimine pulsaret, (242) tamquam animi impotentis castigati signo, (227) consilium rectum tutumque de reditu capere cogerentur. (293) Pudebat fati ac vehementer miserabat *Himilconem*, (274) qui redux mediocriter iam vestitus, immo obsitus pannis, (240) lacrumis opplebat os totum sibi, tam improbi fati memoria,

na. (c) (221) Interea *Dionysius*, quem Sicilia vix capiebat, (211) bellis territatus, (And. 509) quae sibi cum *Magone* et *Hannone*, Poenorum ducibus, imminebant, mature cum hoste conuenit, (261) seque *Platonis* concludendum disciplinae (Eun. 741) ibique moribus imbuendum melioribus, permisit. (281) Sed, cum consuetudo, radices semel nacta, ab ipsa natura diuelli aut expelli nequeat facile, (191) ea etiam, quae monebat Philosophus, frustra, suoque damno, (d) cantabantur. (192) Id vero demirari satis vix possis, (286) nihil illi fuisse rerum omnium, quod mallet, (276) quam mentem expolire suam, studio quidem poeseos. Hic, dum vellet persuadere quidquam, quod tamen placere sibi negabat *Philoxenus* poeta, tandem meliores se vicisse, (e) infeliciter perdocetur: (227) postquam, siue plus potus, (Hec. 88.) in sui rueret perniciem, (216) siue a medico, cui fides nulla fuit, (161) letali poculo, sibi propinato, exstingueretur. (f)

Millen. IV. Saec. VI.

3582

Pen-

(c) IVSTIN. L. XIX. C. 2. 3.

(d) Certe, siue obtrectationibus, siue quod liberius de tyrannide dissereret Plato, iras Dionysii in se conuertit, inter mercenarios milites exsulare iussus, et 5. minis venditus. Vid. DIOG. LAERT. in vita Plat. NEPOS in Dione, c. 2.

(e) Oraculo edoctus, tunc se moriturum, dum meliores se vicisset, numquam de hostibus suis triumphare voluit, sed tum in poëtica laurum quandam vice reportasset, ac ob id Baccho liberius litasset, periit. DIOD. SIC. L. 15. C. 73.

(f) PLVTARCH. in Dion. p. m. 697. IVSTINVS a suis interfectum scribit L. 20. C. 5. De filiabus Dionysii, tonsoris officio apud patrem fungentibus, Vid. VALER. MAX. L. IX. C. 14. CIC. de off., L. II. C. 7.

Millen. IV. Saec. VI.

Pensum II.

Dionysius iunior. Franci.

Sublato sic magno hoc veteratore, (g) dum in laetitiam, hinc conceptam, adeo sese coniiciunt Siculi, (212) vt ne prae gaudio sciuerint quidem, vbi sint, (213) DIONYSIVM iuniorem cogitant, (210) vti ad imperium veniat. (246) Sed hujus mores enarrabant illico, quo studio vitam suam exegerit. (190) Nam, vt doctrinarum fuit cupidus, (287) Platonisque (h) cum primis inopia saepe incendebatur; (287) ita contra omnis illi res belli neglectui fuit. (272) Quo igitur copia sibi semper esset, vt sit sine metu, (263) cum Carthaginiensibus, quos omnem sibi facturos censebat metum, (259) pacem iniit. At, portabat aliquid rerum futurarum
3592. *Dion*, (225) vtpote ad res praeclare gerendas longe perspicacior: (197) cuius vitae quotidianae consuetudo, ingenium vt sit, dum declararet maxime, (189) accidit, vt de summo populi in se amore prorsus non erraret. (265) Ac licet hoc ipsum sine suo periculo haud fieri videret, (191) vt qui hanc ob rem patria carens, apud Corinthios errare cogebatur; (279) tamen, collecto exercitu, in tempore venit, (193) *Dio-*
3593. *nysiumque* abire procul, sicque sapere iussit, (286) vt hic, dies noctesque infelicis fati extra Siciliam orare fuerit coactus. (217) Ipse tamen Dion,

(g) Ita *Dionysium* hunc CICERO L. II. Ep. 12. ad Q. Fr. adpellat.

(h) Plato Athenis a Dionysio euocatus, paruit, sperans se, vno Dionysio, vt principali parte expurgato, totius Siciliae morbum sanaturum. PLVTARCH. in Dione. Hoc magistro omnes tanto ad philosophiam impetu ferebantur, vt regia plena semper pulueris esset, ob multitudinem eorum, qui geometriae vacarent. Idem l. c.

Dion, tum frui imperio oportere ratus, dum datur; dumque licet, (214) vbi inuersa quaeuis molitur, (235) neque videt omni modo, ne quid accusandus sit in publico, (260) sigillatim, quod *Heraclidem*, obuiam illius tyrannidi euntem, (275) sustulerit, à *Calippo*, cuius consilium aliter accipiebat imprudens, ac fuit, (239) interficitur. (i) Neque vero negligitur hic, quisquis erat fatorum Siciliae nuntius à *Dionysio*: (244) nec vnquam certe studiosius eum telam consiliorum texentem offendisses. (267) Illico enim in publicum prodiit, quasi illic non minor sua, quam alterius res ageretur, (264) receptusque à Syracusanis, ad rem gerendam, cuius tantisper curam oportuerat relictam, (273) rediit denuo. (285) Cito tamen fatum improbissimum *Dionysium* consequebatur: (278) mox enim *Nicetae* factione, euersas sibi videt ceruices, (224) eiectus Syracusis, mox dum *Nicetas*, multis in Siculos modis iniurius esset, adeò vt ferri vix fuerit potis, (247) ac ea propter *Timoleon* Corinthius, contra tyrannum in subsidium euocaretur, à Timoleonte eò adducitur miser, (k) vt in summa exsilii infamia esse debuerit. (248) Extorris igitur *Dionysius*, cum saepe orando, surdas fortunae reddi aures, experiundo didicisset, (252) Corinthum venit, (l) ibique, in suis ab omnibus desertus malis, (229) primum quidem sero edoctus est, de spe imperii potiundi sese decidisse prorsus; (237) tum vero, vno subtegmine, vnaque ancillula contentus, (241) qui tantis se olim bonis collocupletauerat, (228) nunc dedecori parum sibi fore putauit, (256) si neglectus, (271) malisque, rubore ex poenitudine orto, expo-

Millen. IV. Saec. VI.

3596.

Dionysius Corinthi. 3607.

(i) Insidias, quibus *Calippus*; necem Dioni illaturus, visus est, vid. apud PLVTARCH. in Dion.

(k) Vid. CORN. NEP. in Timoleone C. 1. et 2.

(l) Opera Timoleontis. NEP. in Tim. C. 2.

Millen. IV. Sect. VI. politis, (284) nonnumquam etiam capillos circum caput reiectos negligenter gerens, (269) ludum aperuerit, (m) suo fato declaraturus, patiendum esse pertinaciter, quidquid aduersi eueniat, (203) quamque facile euenire soleat, vt is, cui quondam disciplina fuerat, munerari multos, (245) ea ad extremum re sollicitari possit, quid vel comedendum vel ebibendum sibi sit. (232) Sed quid rerum idem hoc saeculum Germaniae portauerit, disquiras? (225) Nimirum

Franci. *Franci*, a Gothis Scythia pulsi, vt id fieri ple-
3519. rumque adsolet, (238) *Marcomiro* duce, in Ger-
3536. maniam sese effundunt. Hic vero adeo suum esse in potiundo rerum periculum nolunt, (250) vt Gallos, à quibus lacessebantur graui praelio
3539. vincerent. Mortuo Marcomiro, *Priamus* filius successit.

Actus II. Scena III.

LVII. Pietas in Christum natalitia.

295. Saluum venisse Messiam, gaudet orbis Christianus: Ueber die Zukunft Messiae ins Fleisch freuet sich die Christenheit.

296. Quisnam vero hic adolescens est, quem in cunis intueris? Was für ein Knabe ist es aber, den du in der Krippe liegen siehest?

297. Nonne is, qui postquam periisti miser, Adami culpa, te sibi expetiit? Ist er nicht derjenige, der, nachdeme du in Adam verlohren warst, um dich geworben.

298.

(m) Vid. VALER. MAX. L. VI. C. XI. PLVTARCH. tamen in Timoleonte p. m. 219. refert, Dionysium Corinthi in foro obsoniorum versatum fuisse, nonnunquam in taberna vnguentaria sedisse, vinum e caupona dilutum bibisse, cantatrices docuisse, cet. ÆLIANVS vero L. IX. p. m. 146. scribit, eum stipem emendicasse, tympanaque pulsando et modulando vitam reliquam exegisse.

298. Vt desertus haud viuas amplius! Damit du nicht mehr von GOtt verstossen, lebest. Milles IV. Sæc. VI.
299. Sed, redux in patriam, vnde excidisti, factus: Sondern in dein Vaterland, woraus du vertrieben worden, wieder eingeführet,
300. Æternum gaudeas, prospectum tibi sic esse maxime! Ueber deinen Aufhelffen dich ewig freuen mögest.
301. Ergo, non modo sic fortunatum te judica, sed lauda simul patrem. Dahero, achte dich nicht nur darum für glückselig, sondern lobe zugleich den himmlischen Vater.
302. Qui, vt tuus quoque Pater, in filio hoc suo, videbatur esse habitus: Der sich in diesem seinen Söhne, gleichfalls als dein Vater erwiesen.
303. Et qui diu duras tibi dare partes noluit! Und der dich in deinem Elend nicht ewig hat verschmachten lassen.
304. Nec, vt stupeas diutius aeterna calamitate, passus est. Auch nicht zugab, daß du in deiner Seelen über den ewigen Jammer erschrecken soltest.
305. Tum vero erga Iesulum expedit quoque tibi pium gratumque esse. Du solt aber auch gegen deinen neugebohrnen JEsum dich andächtig und erkäntlich bezeigen.
306. Qui forma impulsus tua, o homo, animum suum huc contulit: Als welcher, da er an der Menschlichen Gestallt sonderlich gefallen hatte, dahin bedacht gewesen.
307. Vt homo factus, prohiberet, ne vlla vnquam necessitudini nostræ incidere possit calamitas: Wie Krafft seiner Menschwerdung, diese unsere Bluts-Freundschafft von keinem wiedrigen Schicksal möge beunruhiget werden.
308. Ah! ne retine te obsecro, quin salutaturus eum, ita loquare: Ach halte es nicht zurücke, son-

Millen. IV. Saec. VI. sondern stimme deine Begrüssung folgender massen an.

309. Salue, anime mi! Sey gegrüsset, du Theil meines Hertzens.

310. O mi exspectate Iesu, salue: Willkommen, mein Verlangen!

311. Teneo te maxime, animo exoptatum meo! Ich halte dich, o du erwünschte Hertzens-Freude!

312. Et dum abs Te sum, omnes mihi labores, quos capio, graues sunt: Und da ich von dir entfernet bin, so kommt mir alles mein Thun und Beginnen schwehr und sauer an.

313. Ita, tui carendum mihi numquam vt sit, cupio. Solcher Gestallt demnach wünsche mir niemahls ohne dich zu leben.

314. Oratio certe hæc tua, quale ingenium habes, indicio fuerit: Gewiß, diese deine Ausdrückungen sollen beweisen, wie dein Hertz gegen Christum beschaffen sey.

315. Sed, quomodo iam ex incommodo, quod in carne sua toties, subiit filius Dei, tuum comparaueris commodum? Wie solt du aber die vielfältige Mühseligkeiten, die ihme der Sohn GOttes durch seine Menschwerdung zugezogen, zu einem heilsamen Nutzen anwenden?

316. Stude ergo, vt cum in animo tecum vitam consideras tuam: Trachte demnach dahin, daß, so offt du dein Leben untersuchest.

317. Ab hac omne vulgus segregare possis. (n) Du

(n) Vulgus quippe hominum mox diris superstitionibus, moribus item profanis hic litat, mox puerilibus infescatum opinionibus, terrena quaedam beneficia a recens nato Immanuele exspectat. De quo cacoëthe queritur LVTHER. Tom. I. Ien. Lat. fol. 139. fac. 2. Adde, quae HIERONYMVS de pietate Natalitia *Paula* Ep. 27. loquitur. Haec dum locum natiuitatis Christi conspexisset, in haec erupis verba: Salue Bethlehem,

Du solche Prüfung also anstellest, daß man wisse, Millen. IV.
wie deine Weyhnachts-Aufführung nicht nach der Saec. VI.
gemeinen Welt-Art eingerichtet sey.

318. Quin potius illiusmodi homo sis, qui summum hunc amatorem cui per fidem dolere tibi proponas. Vielmehr aber sey so geartet, als einer, der diesen seinen hohen Liebhaber durch den Glauben zu verehren willens ist.

319. Tum vero tibi cum hoc viro (o) ætatem Ier. 31, 22.
agere decerne. So dann resolvire dich mit diesem Manne allein in einer geistlichen Gemeinschafft zu leben.

320. Qui mos maxime consimilis est fidelium amori: Welches die rechte Art derer glaubigen Kinder GOttes ist.

321. Vt qui ad vnum hunc virum Iehovah sese Gen. 2, 24.
adplicare solent: Als die sich nach diesen ihren Herren in allen Stücken zu richten pflegen.

322. Hoc faciens illi quidem formæ (p) mores vt Gal. 4, 19.
consimiles sint tui, stude. Nachdem du nun solches gethan, so befleißige dich dahin, daß du die Gestallt Christi gewinnen mögest.

323. Hi enim, vbi imminuti sunt, Christus simul animam suum aliò confert. Denn wo

hem, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de coelo descendit. Et in epitaphio: *Paupertem Christi et Bethlehemitica rura secuta.* Idem HIERONYM. Marcellam ad Bethlehemitica gaudia inuitans Ep. 18. Conf. BERNHARD. Serm. in Natal. Dom. vbi, quae ad vsum devotionis huius practicum faciunt, pluribus.

(o) Conf. IOH. GEORG. DORSCHEI, Pentadecad. Disp. III. p. m. 111. sq.

(p) μόρφωσιν intellige non *iustificatoriam* tantum, dum in *forma* Christi pro nobis plenarie satisfacientis, placemus patri, sed et *renouatoriam*, dum exemplar vitæ Christi, moribus nostris exprimimus. Vid. Respons. Theol. Iurid. Viteb. in caussa piet. Valdec. §. IV. p. 84.

Millen. IV. Saec. VI. deine Sitten beginnen den Preiß zu verlieren, da wendet auch Christus sein Herz und Wohnung anderwerts hin.

324. Adeo nulli licitum est suo frui ingenio. Solcher Gestalt darf niemand seiner Unart folgen.

325. Quem beneficio incarnationis semel sibi deuinxit Seruator: Den der Heyland durch seine Menschwerdung zu seinem Dienste verbunden hat.

326. Ergo, si cum salute, in Christo paranda, tibi res est, id quod moneo, facias sedulo, velim. Wo du nun deine Seeligkeit in Christo schaffen wilt, so thue fleißig dazu, was dir gesagt worden.

Saeculum VII.

Imitatio LXI.

Res Ecclesiae Iudaicae.

Templum Samaritanum. Versio Bibliorum 70. Vir.

Hist. Ecclesiastica. 3618. Duae hoc saeculo Iudaeis partes erant datae (q) (303) Dum enim MANASSES, Iaddi Pontificis frater, cum *Micaso*, *Sannebalathi*, Cuttaeorum Principis filia, ætatem, vt leges consugii ferunt, (150) agere decreuisset, (319) et vero per instituta Iudaica, quae omne vulgus a connubio Iudaeorum segregandum dictitabant, (317) prohibebantque, ne vlla vnquam necessitudini istiusmodi incidere possit calamitas, (307) non liceret ei suo frui ingenio, (325) multo minus summi Pontificis prouinciam tueri, animum hic suum alio conferendum putauit, (323) atque ad socerum diuertens, prospectum suis esse rebus

Deut. 7, 3. Ios. 23, 12. seq.

(q) JOSEPH. L. XI. c. 7.

bus maxime vidit: (300) posteaquam indulgen- Millen.IV.
tia (r) *Alexandri Magni* fieret, vt erecto in mon- Sæc.VII.
te Garizim templo, Pontificatum, animo toties
exoptatum suo, tenere permitteretur; (311) ita
vero populus Iudaicus, infelici cultus publici se-
ctione, (s) stupebat maxime. (304) Sed, ex
commodis Alexandri, quæ sibi, subacta Asia,
ac nuper admodum *Tyro* expugnata, victor pa-
rauerat, (t) Iudaica quidem gens, itidem sum-
mum comparauit incommodum. (315) Dum 3618.
enim IADDVS Pontifex, siue in auxiliis regi
mittendis, siue in foro, Macedonibus in vrbe
Hierosolymorum concedendo, durior esse vide-
retur habitus, caussam interserens, (302) quod
ad vnum regem, *Darium* puta, populus sese Iu-
daicus adplicuisset; (321) imminutus hoc facto
nimis fuit Alexandri in Iudaeos animus. (323)
Et certe, saluum venisse eum Hierosolymas ni-
mium perdoluissent ciues, (295) nisi infestum
hunc animum, ornatus Pontificis, quo hic per
somnium indui iussus, salutatum processerat re-
gem, retinuisset. (308) Nam cum exspectatum
sic inter spem metumue saluere iuberet Ponti-
fex, (310) ea rex Pontificis forma impulsus,
(306) illudque arbitratus numen, quod profe-
cturum in Asiam, fortunatum se fore indicave-
rat, (301) animum suum huc illico contulit,
(306) vt non modo suum hunc fortunae me-

(r) Facile id quidem impetrare poterat *Sannebalath* ab *Alexandro*, quippe à Dario cum 8000. deficiens, datis in oppugnationem Tyri Macedonibus suppetiis. IOSEPH. l. c. Conf. GEORG. HORNII Hist. Eccl. Period. III, Art. I. §. 2. p. 19.

(s) Sadducaeis valde adfines fuisse Samaritanos, sed et in multis à Iudaica doctrina declinasse, docet THOMAS GOODWIN. in Mose et Aaron L. I. C. XI. p. sim. 106. seq.

(t) Vid. IOSEPH. L. XI. c. 8.

Millen. IV. Saec. VII. lioris arbitrum in templo Hierosolymitano colendum sibi proponeret, (318) sed etiam beneficio, non vno, (v) populum Iudaicum sibi deuinciendum existimaret. (325) Interea PTOLOMAEVS LAGI, (x) Syriae ipsiusque Do-
3638. metrii victor, Hierosolymas inuadit, ac id in Sabbatho quidem, quo tempore Iudaeis res cum armis esse non solet. (326) Tum vero complures horum, desertos à suis viuere oportuit. (298) Et abductis quidem pluribus in Aegyptum, nec in patriam vnquam reducibus factis, (299) expediebat iam miseros, (305) fatorum vices in animo extra penates secum considerare. (310) Diuina tamen prouidentia, regno Dei expeditiorem stratura viam, hos sibi non frustra exsu-
3681. les expetiit. (297) Namque PTOLOMAEVS PHILADELPHVS, cuius mores antecessorum moribus hac in re haud certe fuerant consimiles, (320) cum omnes sibi labores, quos in codices conquirendos ceperat, leues esse animaduerteret, (312) solius Ebraei Codicis carendum omnino sibi non putauit. (313) Sedulo igitur curauit fieri, (326) vt is in Graecum verteretur, (y) essetque formae Originalis prorsus con-

(v) Cum ex Daniele, de euersione regni Persici edoceretur, beneficum se in Iudaeos praestitit, *αυτονομίαν* iis largiens, tributorumque annis Sabbathicis immunitatem. IOSEPH. l. c.

(x) IOSEPH. L. XII. C. I.

(y) Id ipsum vero adeo male habuit Iudaeos, vt ideo solenne ieiunium instituerent, precaturi, ne Deus hanc Codicis profanationem, toti Iudaicae genti piandam imponat. Admissus tamen postea ab ipsis Iudaeis Graecus codex. vid. *Io. Henr. Hottingeri* thesaur. Philol. L. I. C. III. Sect. 3. p. 336. seq. vbi, quantum versioni Graecae Iudaei tribuerint, ex decretis Talmudistarum probat. Ceterum, quae de legatis Ptolomaei ad Summum Pontificem, de 70. interpretibus,

consimilis. (322) Adeo, summus hic Bibliorum amator, (318) cantandus mihi erat, (192) ne quid huius, anime mi, (309) ignorares. (194) Occupatio certe haec, prorsus laudabilis, quale ingenium habuerit princeps optimus, indicio fuit, (314) Tu, istiusmodi quoque homo sis, obsecro, (318) qui beneficium Dei non exiguum intueri nouerit, (296) quod abs hoc quoque cognitionis diuinae subsidio, orbis non fuerit Christianus. (312) Millen. IV. Saec. VII.

Actus III. Scena I.

LVIII. Vitiosum est, vbique quod nimium est. (z)

SENEC. de tranquill. C. IX.

327. Ita natura hominum omnium comparata est: Also ist der Menschen Art beschaffen.

328. Vehementes vt sint in vtramque partem nimis: Daß sie auf beyden Seiten der Sache zu viel thun.

329. Ac in re ii quidem grata, gaudio praepediti nimio; Bald, werden sie bey einer angenehmen Begebenheit durch unmäßige Freude verhindert;

bus, ex singulis tribubus collectis, de cellulis, de Demetrio Phaleraeo, morsu aspidis extincto, (Conf. IOSEPH. L. XII. antiquit. Iud. C. 2. IVSTIN. MARTYR, orat. ad gentiles, p. m. 53. edit. Basil. IRENAEVS, L. III. c. 25.) Sabulam sapere, a Iudaeis Aegyptiacis, vt auctoritatem versioni conciliarent, confictam docet IOSEPH. SCALIGER, in Eusebium. Conf. IOH. IAC. RAMBACHII Hermeneut. S. L. III. C. 8. p. m. 617. sq. et HOTTING. l. c.

(z) Et HORATIVS:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines
Quos vltro citroque nequit consistere rectum.

Conf. CICERO de Offic. L. I. C. 29.

Millen IV. Scen. VII. 330. In aduersis contra aegritudine fracti: Bald werden sie bey unglücklichen Umständen dergestalt in Unordnung gebracht.

331. Sua nec vident, nec diiudicant satis: Daß sie das, was zu ihrem Besten dienet, weder einsehen, noch beurtheilen mögen.

332. Adeo numquam inter se congruere animi propensiones sentias: So wird man belehret, wie unsere Gemüths-Neigungen niemahlen mit einander einig seyn.

333. Quotus quisque est, qui duritia fati pressus, ingenio egregio ad miserias natus videatur? Welcher ist doch unter denen Unglücks-Kindern, der doch sein Schicksal mit einer angebohrnen Gleichgültigkeit ansehen wolle?

334. Nonne huic quotidie augescit aegritudo de calamitate, qua premitur? Ist dieser nicht bey täglichem Zuwachs seines Elendes immer mehr und mehr bekümmert?

335. Nonne is, mediis in malis suis, falsum id esse, quod vulgo audit dici, existimat? Hält dieser nicht dasjenige für falsch, was man insgemein spricht.

336. *Diem adimere aegritudinem hominibus.* Die Zeit mindere den Schmerz und allen Unmuth.

337. Queritur hic subinde, quomodo aliis suave sit viuere. Er klaget dabey, wie doch andere so vergnüglich leben können.

338. Sibi vero semper lucescat, dum somnum oculis suis prae aegritudine non videat: Ihme aber pflege immer zu tagen, weil er für Kummer zu keinem Schlaf kommen kan.

339. Nonne idem, quanto diutius laetiora absunt, tanto cupit ea magis, magisque desiderat? Ist er nicht desto begieriger etwas Angenehmes zu erwarten, je später solches ankommt?

340. Immo, si forte nuntium adportetur sibi:

Ja, wo man ihme auch eine Nachricht von Sachen bringet. Müller. IV. Saec. VII.

341. Cuius maxime fieri se participem cupit: Derer er doch meistens theilhaftig werden will.

342. Tum prorsus nihil sibi ex indicio hoc spei esse existimat: Dennoch meint er, sich in der Hoffnung darüber betrogen zu sehen.

343. Adeo proterret se animus ipse frustra: So ist das Herz in solchen Dingen vergeblich verzagt. Ier. 17, 9.

344. Contra, cui fata propitia, ad licentiam omnem, fenestram patefecerunt: Hingegen, welchem das Glücke zum Uebermuth Thür und Angel geöffnet.

345. Illico is, quodcunque inciderit in mentem, vult omnino: So suchet dieser sobald alles, was ihm einfällt zu bewerkstelligen.

346. Mox conspectum vulgi fugitat, ob supercilium: Bald meidet er allen Umgang mit gemeinen Leuten, aus Ehr-Geiz.

347. Mox seruos ducit secum, plus decem: Bald führet er einen trefflichen Staat und zahlreiche Bedienung.

348. Hosque habet solicitos omnes: Und läßt ihme damit aufs beste und herrlichste aufwarten.

349. Alii, aut largitate nimia, aut parsimonia: Andere, entweder durch allzugrosse Spendierung, oder, weil sie zu viel spahren wollen.

350. In eandem vitii fraudem ex hac re, atque ex illa, incidunt. Werden von beyden Seiten in das Laster-Netze verstricket.

351. Ac illi quidem, mox tam leni & victo sunt erga quoscunque animo: Jene sind so gegen jederman gütig, und lassen sich alsbald gewinnen.

352. Vt rem perire suam largitionibus malint,

Mißen. IV. Sacc. VII. lint, (a) quam egestatem alterius pati: Daß sie lieber durch Verschwendung verarmen wollen, als, daß sie andere darben sehen solten.

353. Adsciscunt hi forte sibi in negotiis vitae quotidianae sociam: Nehmen sie ihnen etwan ein Weib zur Gehülfin ihres Lebens.

354. Numquam, prauumne an rectum sit, quod petit hæc, disquirunt: So sorgen sie nicht darum, ob es allezeit billig sey, was diese begehret.

355. Haec quippe, maxime apud virum valere se sentiens: Denn, da diese inne wird, wie hoch sie von ihrem Mann geachtet werde.

356. Cupit sibi dari quod vult. Läßt ihr trefflich aufwarten.

357. Iam enim ad perniciem mariti instructa; Und da sie abgerichtet ist, ihrem Manne verderbliche Unkosten zu verursachen.

358. Adsidue exedit miserum: So zehret sie drauf loß.

359. Iam pitissando multum illi absumit vini. Bald läßt sie mit öffterem Kosten viel Weins drauf gehen.

360. Asperum hoc esse, leue illud dicens: Da ihr bald dieser zu herb, bald jener zu gelinde ist.

361. Adeo, vt sufferre amator, numquam eius sumtus queat: So, daß solche Unkosten den Mann in die gröste Armuth stürzen müssen.

362. Et tamen abituram se abs viro illico, nisi id fiat, minatur: Und dennoch drohet sie dem Mann mit Weglauffen, so es nach ihrem Gehirn und Willen nicht geschieht.

363. Alter ex adverso durus satis est Pater familias, paulluloque contentus. Ein anderer hingegen

(a) Mallent hi id sibi dictum putare, quod SENECA: *dabo*, inquit, *egenti*, *sed vt ipse non egeam*. de benef. L. II. C. XV.

gegen ist ein allzugenauer und am Wenigen sich begnügender Haus-Vater. Milles.IV. Saec.VII.

364. Persuasus, magno non nisi rei domesticae intertrimento erogari quidquam posse: Indeme er meinet, man könnte ohne grossem Abbruch des Haus-Wesens nichts ausgeben.

365. Dumque accedunt hi forte, qui coacti ingratiis: Und so auch die zu ihm kommen, die wider ihren Willen,

366. Victum vulgo quaerunt, mendicando. Ihre Nahrung mit Betteln suchen müssen.

367. Iamque ostium pulsant: Und klopffen etwan an die Thür an.

368. Adiutare horum inopiam, quod possit, non vult. So will er doch, so viel als möglich, ihnen nicht aufhelffen.

369. Tu, nisi pessime in te, tuosque consulere velis. Wilt du nun dir, und deinen Kindern nicht übel rathen.

370. Numquam facias, quod lubet, dum per fortunas licet: Thue nicht alles, was dich gelüstet, ob du gleich das Vermögen hast. Sir.5,2.

371. Permagni ego illud semper referre arbitror: Ich meine allezeit, daß es daran viel liege.

372. Vt nescienti veluti tibi datas esse fortunas, sentiant alii: Daß du so gleichgültig dein Reichthum besitzest, als wüstest du um der Sache gar nichts.

373. Insperatum tibi accessit gaudium: Ist dir eine unvermuthete Freude begegnet.

374. Quanto, quaeso, plus sapies tibi, si id celaveris: Wie vernünftiger wirst du doch thun, so du es nicht merken lässest.

375. Quam ii sapiunt sibi, qui dissoluunt sese prorsus otiosi, vt operam dent gaudio: Als es diejenigen thun, die da alles darüber vergessen, wo sie nur ihr Frolocken recht abwarten können.

376.

Millen. IV. Saec. VII.

376. Sed, numquam etiam fortunae felicioris abitu excruciare miser: Gräme dich aber auch nicht über die Maaße, so dich dein Glücke verlassen.

377. Sumat, consumat, perdat, quod tuum est casus, decretum tibi esto, pati. Es mag dir das Schicksal alles benehmen, so soll doch dies deine Losung seyn: Gedult.

378. Dummodo puram mentem habeas tecum: Woferne du nur dabey ein gutes Gewissen besitzest.

379. Atque id certum esto tibi, sic facere: Und dieses solt du also thun.

380. Ambigunt porro vicini, de iure quisque suo: Hat ferner dein Nachbahr einen Streit mit dem andern.

381. Teque capiunt arbitrum; Und setzen dich zu einem Schiedsmann.

382. Operam da, vt huic tantum, quod nec nimis est, nec parum, des operam. So thue daben weder zu viel, noch zu wenig.

383. Siue concesseris quidquam in foro, siue dare denegaueris; Es mag die Sache für diese oder jene Parthey entschieden seyn worden.

384. Coenam das, ita da, ne actum sit: Hast du jemand zu tractiren, so thue es also, daß es dein meistes Vermögen nicht koste.

385. Si enim relinias dolia omnia, omnesque serias: Denn, so du immer das Spuntloch aufthust, und deine Bouteille auflösest.

386. Quoties amicus, cedo dextram, inquit: So offt dir eine Brüderschafft angetragen wird.

387. Quid te futurum hac re censes, quam quod proditis facultatibus, vitam quoque tuam prodi fuerit necesse; Was will doch mit dir anders werden, als daß, indeme du deine Mittel so verprassest, auch deine reputirliche Lebens-Art aufhören müsse.

388.

388. Si pecunia forte agitur: Ist es etwan ums Geld zu thun. Millen. IVI Saec. VII.
389. Fac ne animum quis tuum intelligat: So sehe zu, daß nicht deine Absicht eben diese sey.
390. Prius te amicos, famamque velle amittere, quam pecuniam abs te amittas: Wie du eher alle Freunde, ja deine Ehre selbst, als den Mammon im Stiche lassen wollest.
391. Matura ergo id facere, quod alter sibi cupit dari: So verzeuch nun nicht dem, der dich darum ersuchet, an die Hand zu gehen.
392. Idque ita, vt clanculum id saepius agere videare. Und zwar so, daß du solches gleichsam Verstellungsweise thuest.
393. Ne manus dextra cum altera consusurret: Daß nicht eine Hand wisse, was die andere thut. Matth. 6,3.
394. Consiliaque conferat. Noch sich allererst beyde zusammen darüber berathschlagen.
395. Forte minam hic quandoque perdis, talentum tibi certe apud Deum comparas. (b) Solt du auch etwan dein Weniges darüber einbüssen, so hast du tausendfach mehr, von GOtt zu erwarten.
396. Id quod ex scriptore sacro scire potes. Welches du von denen Biblischen Scribenten lernen kanst. Luc. 7,38. Sir. 35,14.
397. Cui obsequi aequum omnino est. Denen du billig Beyfall geben must.
398. Dixi, vt sint animi plerumque. Ich habe nun gesagt, wie manche Gemüther geartet seyn.
399. Adeo antiqua impotentis animi euagatio, nouis adaugetur accessionibus: Dergestalt hat also

(b) *Horat.* Carm. L. III. Od. XVI.
Quanto quisque sibi plura negauerit,
A Diis plura feret.

Millen. IV. Saec. VII. also die uralte Ausschweiffung eines sich zu fassen nicht vermögenden Gemüthes, zugenommen.

400. Nec minore certe periculo damus hic genio nostro aliquid, quam dedit Adam. Und die Gefahr, die sich bey Genehmhaltung dieser Unart findet, ist eben nicht geringer, als die sich zur Adams-Zeit geäussert.

401. Vt qui deterior factus licentia, insolentiorque: Als welcher da er seine Freyheit zur Sünde gemißbrauchet.

402. Desperatior contra technis sibi illusum fuisse serpentinis, subsentiens: Auch eben daran als ein Betrogener, bey nahe verzagte.

403. Suarum ipse miserebatur fortunarum. Sein verlohrnes Vermögen hertzlich bedauren muste.

404. Ergo, si sapis, adolescens, (c) tuaeque ipse inseruire vis felicitati: Wo du nun klüglich handeln, auch dein Glücke befördern wilt.

405. Paullulum id negotii tibi datum puta: So laß es deine Verrichtung seyn.

406. Vt credas, verum poëtam, atque ita uti res est, dicere, *mediumque modumque tenere beatos.* Daß du glaubest, es habe der Poet recht, so da spricht, daß die Maaße bey jeder Sache einen zur Glückseligkeit anführe.

Imi-

(c) *Socrates*, ut LAERTIUS habet, interrogatus, quaenam iuuenum esset virtus, respondit, *τὸ μηδὲν ἄγαν*, *ne quid nimis.*

Imitatio LXII.

Millen. IV. Saec. VII.

Res labentis Monarchiae Persicae.

Hist. prof.

Pensum I.

Ochus, Arses, Darius Codomannus.

Fati iam duritia, Persarum hoc Saeculo premi videbatur imperium. (333) OCHVS certe, ad perniciem regni instructus, non vno argumento, fuit. (357) Nam, sicuti initio principatus id negotii sibi datum putabat, (405) vt incognatos suos, principes item viros vehemens esset nimis, (228) ita, dum *Nectanebo* regi Aegyptum eriperet, huncque, desperatiorem iam (402) in Aethiopiam abire cogeret, (d) (362) non minore hic periculo dabat genio suo aliquid, (400) quam dederat olim *Cambyses*. Quippe, dum victor, quae ageret, nec videret, nec diiudicaret satis. (331) et tantum abest, vt leni et victo erga Aegyptiorum cum primis sacra esset animo, (351) vt potius *Apim*, (quod numen apud Aegyptios plurimum valere persenserat,) (355) subuerteret: factum est, vt hac re, pessime in se suosque consuleret. (369) *Bagoas* enim Eunuchus Aegyptius, aegritudine, de vi diis illata patriis, fractus, (330) *Ochum* veneno perire (e) machinit, quam calamitatem ciuium suorum pati diutius. (352) Prodito *Ochi* sanguine, vitam quoque filiorum eius prodi necesse fuit. (307) Hos *Bagoas*, ea felicitate sustulit, vt nemo animum illius faciliusque intellexerit. (389) At, ne durus satis

Ochus. 3606.

(d) Vid. DIOD. SIC. L. 16. C. 46. seq.

(e) Necatus, muribus dilaniandus proiectus est: ex cuius postea femoribus, manubria gladiorum fieri curauit *Bagoas*. AELIAN. L. VI. c. 8.

Millen. IV. satis imperii videretur administer; (363) per-
Saec. VII. magni illud referre arbitrabatur, (371) vt nesci-
enti velut principi, datum abs se imperium sen-
Arses. tirent alii. (372) Igitur ARSES; (quem inter
3611. Ochi filios vnicum superstitem voluit parricida,
(And. 297) adiutaturus, non tam illius impe-
rium, quam suam potius tyrannidem; (368))
principatum obtinet; nec vero stabilem eum
satis. (Ad. 58.) Enimuero, dum fortunae suae
Bagoam cepisset miser arbitrum, (381) illico ex-
periebatur, imperium sibi ita datum, vt actum sit
breui: (384) vlturus quippe caedem patris sui,
id quod ex documentis rei gestae scire poterat,
(396) breui imperio illusum sibi fuisse, veneno
Darius extinctus, fero subsentiit. (402) Mox CODO-
Codomanus. MANNO, Armeniae Satrapae, nuntium ob-
lati sibi regni adportatur: (340) cuius is quidem,
3614. non tam regendi fieri particeps maxime cupiit,
(341) quam potius adipiscendi iure dignus habe-
batur. (Phor. 371.) Namque adsciuerat sibi in
certamine singulari (f) aduersarium, (353) quem
cum proterreret, (343) mox prosterneret pror-
sus, ex hoc veluti indicio, illud spei sibi esse exi-
stimabat, (342) fore, vt hac fortitudinis mina,
multa summae imperii dignitatis talenta sibi sit
comparaturus. (395) Hunc *Bagoas*, ita vt clancu-
lum id saepius agere consueuerat, (392) veneno
exstinguendum dum putat, in eandem ipse frau-
dem incidit. (350) Nam coactus ingratiis, (365)
nec quaerens, aspera sit an lenis potio, (360)
poculum, quod Dario parauerat, ipse pitissando
absumere iubebatur. (359)

Pen-

(f) IVSTIN. L. X. c. 3.

Millen. IV. Sec. VII. 3616.

Pensum II.

Darii fata et interitus.

At, sicuti insperatum DARIO gaudium accesserat, (373) dum ad imperium euheretur, ita non poterat is sese dissoluere prorsus otiosus, vt huic quidem gaudio perpetuam daret operam. (375) Quoties enim suarum illico fortunarum miserebatur? (403) dum *Alexandrum* Macedonem, iam ostium Persici imperii audiret pulsare, (367) iam decretum sibi esse animaduerteret pati, si sumat, consumat, perdat, quod suum est, casus, (377) et fortuna, in Alexandrum, quam in se pronior. Falsum is, mediis in malis suis id prorsus esse, quod vulgo audiebat dici, (335) expertus certe est, ita nimirum naturam hominum comparatam esse, (327) vt animi propensiones ac aetas inter se congruant semper. (332) *Alexandro* sane, annos vix nato duos et viginti, certum id fuerat sic facere, (179) vt faciunt senes, et qui diuturna opera, quod prauum, quod rectum sit, bello et pace disquirere didicerunt. (354) Cum hoc sibi iam rem esse persuasus *Darius*, primum quidem *Memnonem* Rhodium (g) hosti obiicit, (Hec. 3, 1.) qui operam daret, (382) ne quid illi facile concedatur. (383) Ducebat hic milites secum plus centum mille peditum, (347) equitum millia decem; *Alexander* contra, quos in aciem eduxit, paucos eos quidem, habuit tamen solicitos omnes, (348) et qui conspectum multitudinis fugitare non consueuerant. (346) Sed, quam, quaeso, augescebat *Dario*, de rebus per principes suos infelicius gestis, aegritudo? (334) Neque enim vel *Spithridatis*, vel *Pharnacis*, *Mithrobarzanisque* virtus, (h) ambigen-

3618.

Y

(g) Vid. CVRTII Supplem. L. II. C. 3.
(h) PLVTARCH. in Alexandro, p. m. 589.

Millen. IV. bigentem de iure suo *Alexandrum*, (380) primo
Saec. VII. ad *Granicum* praelio, propeiam prostratura, (i)
3616. victrices illius ausus suffere poterat: (361) adeo id etiam vitae periculum, quod à *Rosace*, (k) in Alexandrum intendebatur, (407) *Clitus* auertit, vt dextra barbaro praecisa, cauerit, ne haec, cum sinistra in perniciem Macedonum amplius consusurraret. (393) Tum vero, tametsi id, quod *Memnoni* in mentem inciderat, (345) exedendos esse assidue bello maritimo Graecos, (358) sicque reuocari Macedonem, vellet omnino *Darius*, neque tamen et id, quod lubebat, per fortunae iniuriam facere poterat, (370) postquam *Memnone* fatis functo, id ipsum haud quaquam liceret. (370) Et quam quaeso, non ademit certe, sed adtulit *Dario* aegritudinem dies, (336) qua magno familiae regiae intertrimento, (364) matrem, coniugem, liberos denique, abs se, al-
3617. tero ad *Issum* praelio, (l) amissos accepit? (390) Questus is, procul dubio, est, quomodo suaue sit viuere pluribus orbis principibus, (337) se vero somnum oculis suis, prae aegritudine tam gravi non videre; (338) quandoquidem illi consilio, quod de liberandis captiuis suis iniisset, obsequi victorem haud aequum esse putare, (397) quin nouis semper gloriae accessionibus animi sui pertinacis euagationem adaugere Alexandrum animaduerteret, (399) rescisceretque simul, non hosti pecuniam agi, (m) (388) vt sunt animi plerùmque, (398) non praedae, hic illic potiundae,

(i) Iam galea Alexandri ictu diffracta erat, à tergo alter barbarorum petit regem.
(k) CVRTIVS L. VIII. C. I. et Supplem. L. II. C. V.
(l) CVRTIVS L. III. C. XI.
(m) Parmenioni, vim pecuniae vt pro captiuis accipiat, suadenti, respondit Alexander, *pecuniam, quam gloriam mallem, si Parmenio essem.* CVRTIVS L. IV. C. XI.

Millen. IV. Saec. VII.

dare, reliniendis item doliis, feriisque omnibus (38<) inhiare Macedonas, sed Asiae totius dominationi consequendae operam dare Alexandrum, (n) (382) siue id concesserit Persis, siue dare negauerit. (383) Ac licet non parum ea re leuatus fuerit, (o) (607) quod victor puram haberet secum mentem, (378) nec grauioris et in honesti quidquam in regium gynaeceum dicere vel statuere vellet, (And. 586.) gloria immortalis nominis hac in re praepetitus; (329) tamen nunc demum omnis fortunae felicioris abitu excruciari occipiebat miser, (376) dum, quanto diutius laetiora aberant, tanto cupiens ea magis, magisque desiderans, (33?) in media hac spe, tertium ad *Arbelam* vinceretur, postea quam per intermuntios, dextram ab *Alexandro* frustra posceret, (386) videretque, nec ipsa largitate nimia, id sibi dari concedique, quod vellet. (356) Adhuc vero de instaurando bello consilia *Darius* conferebat, (394) suae inseruiturus felicitati, (404) dum ecce à *Besso* Bactrianorum Duce, quem improbum regis fatum deteriorem fecerat insolentioremque, (401) circumuentus, (Ph. 627.) aureis primum catenis vincitur, (p) tum vero, quod fugam vna secum non maturasset, (391) telis confossus, relinquitur, atque paullo post, *Polystrato*, id faciente adhuc, quod vel sibi dari, vel *Alexandro* nuntiari cupiebat, (391) relictus a suis omnibus, moritur. Verum certe scriptores, atque ita, vti res est, dicunt, (406) *Alexandrum*, viso regio cadauere, celare lacrumas non potuisse. (374) Sed et illud verum est, fieri plerumque, vt, quibus ad summam antea dignitatem fata propitia fenestram patefecerant, (344) hos

3619. (beside "tertium ad *Arbelam* vinceretur")

3620. (beside "suis omnibus, moritur.")

(n) CVRTIVS L. IV. C. XI.
(o) CVRT. L. III. C. XII.
(p) CVRT. L. V. C. XII. seq.
(q) CVRT. supplem. in L. V.

Millen. IV. Saec. VII. hos videas demum non adparatius mori, quam hi solent, qui victum vulgo quaerunt, mendicando. (366)

Actus III. Scena II.

LIX. Nil mali impune feceris. (r)

CATO.

407. Intendunt in se fallaciam: Diejenigen betrügen sich selbsten.

408. Qui eo, quod Deum vident in poenis irrogandis saepe tardiusculum: (s) Die, weil sie sehen, daß GOtt mit seiner Straffe nicht so bald zuplatzet.

409. Eam sibi vel idcirco traditam putant provinciam: Eben darum für ihre Obliegenheit ansehen.

410. Vt hac illac, per facinora circumcursantes: Den Weg der Sünden hin und her zu lauffen.

411. Credant, cum malefecerint, impunius id quidem licere sibi: Auch daben versichert zu seyn, es würde alles Böse, was sie ausüben, als eine erlaubte Sache nicht die geringste Straffe nach sich ziehen.

412. Hem! quam hi magnifice tractant scripturas: O! wie künstlich drehen solche Leute die Schrifft.

413. Quas putant numquam commodius vnquam

(r) Conf. GELLIVS Noct. att. L. XII. C. XI. vbi de iis, qui ex latebra impunitatem peccati, sperant, ex Protei Philosophi mente, loquitur.

(s) Sic *Euripides* apud PLVTARCHVM, de his, qui sero à Numine puniuntur: *Cunctatur: haec quippe* est natura Numinis. Conf. Psalm. 103. v. 10. Syr. 5. 4 -- 8.

quam loqui; Als welche sie niemahls füglicher zu reden vermeinen. Millen. IV. Saec. VII.

414. Quam quod adeo indulgentiarum divitiis abundet Deus: Als daß der Reichthum der Langmuth GOttes so groß sey. Rom. 2, 4.

415. Vt scelera non meminerit: Daß er der Sünden nicht mehr gedenken wolle. Esa. 43, 25.

416. Aut, si quid horum [illegible] forte euenerit: Oder sollte auch etwas dergleichen geschehen.

417. Vt sunt humana quidem: Wie es die Menschliche Schwachheit wohl versehen kan.

418. Aliquid tamen reperire soleat cur ignoscat. Er dennoch Ursache finde, warum er sich versöhnen liesse.

419. Atque sic addit haec stolida de tarditate poenarum persuasio, animum: Und hiemit stärkt noch dieser thörichte Wahn von Verzögerung der Straffe die böse Art der Menschen, dergestallt,

420. Quo id lubeat magis, daß sie sich zu dem noch williger finden lassen.

421. Quod alioquin aeterno dignos pistrino reddit homines: Welches sie doch in die ewige Sclaverey stürtzen kan.

422. Tu, caue, ea, quae tua tibi struit indoles, Te fallant incautum: Hüte du dich nun, daß du nicht durch das Nachstellen deiner bösen Unart betrogen werdest.

423. Videlicet, recte omnino demiramur poenarum diuinarum dilationem: Wir bewundern freylich die grosse Langmuth GOttes bey Ankündigung der Straffe.

424. Deperit hoc ipso Deus salutem hominum, quod poenitudinem eorum exspectat. (t) Rom. 2, 4.

 GOtt

(t) PLUTARCH l. c. p. m. 181. *Deum credibile est, inquit, quamcunque vitio captam animam, iusto suo*

Millen. IV. Saec. VII. GOtt suchet mit zärtlicher Liebe das Heil der Menschen, dadurch, da er ihnen die Frist zur Bekehrung gibt.

425. Haec quippe facta ab eo oportebant: Und dieses thut er mehr als billig.

426. Vt qui magnarum animi, peccatorum mole obruti, aegritudinum, hoc pacto remedium ferre voluit. Als welcher hiemit allem Seelen-Kummer wegen der Sünden-Last abhelffen wollen.

427. Sed caue quaeras, iocone, an serio haec ille faciat? Doch frage nicht allererst, ob dieses nur ein Spiel, oder ein Ernst sey.

428. Certe, tolerare eos apud te sumtus, quos in te per filium suum fecit, non ille quiuerit amplius. Gewiß, er dörfte ihm bald den Aufwand, so er in Christo auf dich und dein Heil gemacht, gereuen lassen.

1 Pet. 2, 16. 429. Si tuum sit, illius mentiri lenitudinem: (v) Wenn du aus dessen Langmuth einen Deckel der Boßheit zu machen dich unterfangest.

430. Semperque cunctando, fingere fallacias, et fabricam ad Deum: Oder ihn, durch dein Zaudern, und Aufschub der Busse zu hintergehen suchest.

431. Quis quaeso à foro diuino egreditur foras: Wer kehrt doch von dem Richtstuhl GOttes zurücke.

432. Nisi vel adiutatus bonitate caussae: Es sey denn, daß er entweder recht hat.

433.

suo iudicio adgredi debeat, eius motus perspicere, sicubi ad poenitentiam inflectatur, tempusque correctionis largiri sit, quorum non extrema est et incurabilis nequitia.

(v) VALER. MAX. I. I. C 2. extr. *lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque, supplicii grauitate compensat.*

433. Vel sibi timens male: Oder gantz verzagt, auch in seinen Gewissen seiner bösen Sache überzeuget. Millen. IV. Saec. VII.

434. Nullum heic inueniendum est argentum, pro delictis tuis: Es giebt hier keine Geld-Busse und Satisfaction.

435. Quid tu istic? cuius forte iuuenta visa est, vt aquilae senectus. (x) Was wilt du hie anfangen, der du etwan in der Jugend ein Vollsauf gewesen, wie ein Adler, der im Alter nur zu trinken pfleget.

436. Quid hic feceris? rogas: qui forte passus es id fieri: Was wirst du hier anfangen, der du etwan geschehen lassen,

437. Vnde esset tibi, facetae quod dares meretrici. Daß dir niemahls an Galanterie-Gelder fehlen muste.

438. Nonne hic loqui te oportuerit; perii: Solt du nicht bey diesem allen ausruffen: Ich bin verlohren.

439. Qui denique auidus, aridusque, nihil fecisti inopum caussa. Und der du als ein ausgehungerter Geitzhals nichts zum Vortheil der Armen gethan,

440. Adeo, vt hos inopia profugere oportuerit, miseros: So, daß diese wegen ihrer Armuth anderswo flüchten musten.

441. Qua fronte, quaeso, putas, difficilem Te animo, ac inuitum, facile seruatum iri. Wie kanst du der Meynung seyn, daß du bey dieser Härtigkeit und wiederspenstiger Auffführung, dennoch der Seelen-Gefahr entgehen könnest.

442. Fac ergo, vt dum calles, quo pacto nihil fiat impune mali: Sorge nun dahin, daß weil du

(x) Conf. ARISTOTEL. T. II. Hist. anim. L. IX. C. 32. p. m. 1061. & PLINIVS L X, H. N. C. 3. adde IO. IONSTONI thaumatogr. Nat. Class. 6. C. 1. p. m. 143.

Act. IV. Sc. VII. du weist, wie nichts Böses ohne böser Ahndung geschehen konne.

443. I. tibi vsus veniat: Du diese Gewohnheit habest.

444. Vt in quacumque actione forma tibi luculenta adpareat, siue praemiorum, siue poenae. (y) Wie dir bey allem deinen Thun, die Belohnung sowohl, als die Bestraffung, in ihrer völligen Gestalt vorkommen möge.

Hist. prof.

Imitatio LXIII.

Res surgentis Monarchiae Graeco-Macedonicae. Philippi victoria. Mors.

PHILIPPVS, dum eam sibi traditam putat prouinciam, (409) vt hac illac, per caedes, rapinas, (z) immo sacrilegia circumcursando, (410) regnum augeret Macedonicum, aliquid reperisse sibi videbatur, (418) cur *Olynthios* primum adgrederetur. Videlicet, (423) erant *Philippo* duo ex nouerca fratres, quos ille, male sibi timens, (433) ne regni euadant participes, (115) tollendos è medio cupiit. Hos *Olynthii*, praesentissimo vitae periculo ad se confugere coactos, (440) hospitio exceperant. Cum his igitur bis feliciter confligtatur, (And. 38.) Vrbem proditione
3602. intercipit, (Eun. 47.) ciues vero, hem! quam magnifice tractat: (a) (412) namque ex hac quoque

(y) PLVTARCH. l. c. p. m. 185. *Malitia*, inquit, *simul secum gignens id, quod animum mordet ac vexat, non subsequentem tantum, sed in ipso malefacto praesentem poenam habet. - - Vitiositas ad singula peccata ex se singula tormenta fabricatur.*

(z) Piraticam enim simul exercuit. IVSTIN. L. VIII. c. 3.

(a) IVSTIN. L. VIII. C. 3.

quo re inueniendum sibi argentum esse ratus, *Millen. IV.*
(434) sub hasta vendit miseros, hoc veluti, nec *Saec. VII.*
molliore pistrino dignissimos. (421) Neque vero huic funesto Vrbis fato DEMOSTHENES, (b) nunquam alioqui commodius pro *Demosthenes.*
ciuium salute loquutus, (413) remedium ferre potuit. (426) Illinc PHILIPPVS, ad componendas inter *Thebanos Phocensesque*, lites, profectus, 3604.
non prius hoc dissidiorum circulo egreditur foras, (431) quam mulctatis Phocensibus. (c) Mox *Illyrios, Thracesque* bello quatit, (Eun. 110.) ac in hos eam quidem intendit fallaciam, (407) vt dum se arbitrum duo Thracum reges cepissent,
(381) more ingenii sui, nihil heic fecerit litigantium caussa, (419) sed vtrumque, auidus, aridus- 3607.
que, regno exuerit. (439) Inde *Perinthiis*, *Byzan-* 3610.
tiis ac *Scythis* (d) grauis, cum Atheniensium, in adiutandis Byzantinis (432) perfidiam meminisset, (415) fictam hanc contra se belli fabricam (430) vlcisci constituit. Vt igitur doceret, quo pacto nihil impune fiat mali, (442) bello Athenienses persequitur. Ac hi equidem *Charete* et *Phocione* ducibus, non difficiles, nec inuitos ser-
vati m iri se dum sperant, (441) ad *Chaeronaeam* 3612.
cum *Philippo* congrediuntur. (Ph. 166.) In qua *Praelium*
tamen actione bellica, forma illico luculenta *ad Chae-*
adparuit cladis, (444) toti Graeciae, illiusque *ronaeam.*
libertati funestæ, et quam perpessos omnino Graecos, loqui oportuit: *periimus*! (438) Addi-

(b) Prostant tres illius orationes Olynthiacae, de auxiliis Olynthiis mittendis.

(c) His 60. talenta quotannis soluenda imponit, donec pecunia ex Delphico templo ablata restituatur. DIOD. SIC. L. 16.

(d) à quorum rege *Matthaea* elusus, quod et auxilia contra Istrianos à Philippo petiisse, et adoptionem mandasse difficeretur, astutia victor euadit. IVSTIN. L. IX. C. 2.

Millen. IV. Saec. VII. 3613. dit haec victoria Philippo, (vt sunt humana, (417)) animum, (419) quo id luberet magis, (420) vt totius Graeciae suffragio, Persis bellum inferre decerneret: (e) namque haec veteres tolerare iniurias, quas Persae Graecis fecerant, haud poterat amplius. (428) At, priusquam id factum ab hoc communi Graeciae imperatore oportuisset, (425) accidit, (quemadmodum is fatorum vsus saepius apud reges venire solet, (43)) vt, dum *Philippus Alexandro*, Epirotarum regi, filiam *Cleopatram* deperienti, (424) nuptias facit, atque istic visi forte sunt illius mores, aquilae senectuti non absimiles, (435) à *Pausania*, nobili Macedone, trucidaretur, vtpote qui eo, quod in poena, *Attalo*, ob stuprum irroganda, tardiusculus videbatur *Philippus*, (408) impunius id licere sibi, quod male facturus erat, putaret. (411) Ita is, cuius virtutem recte omnino tota demirabatur Graecia, (423) vnius scelere viri occubuit. (f) Creditur, *Olympiadem*, *Philippi* coniugem, ideo, quod esset illi, facetae quod dare solent meretrices, (417) iure repudiatam, id facinoris marito struxisse. (422) Fefellit tamen incautum parricidam spes, declinandae poenae; (422) quippe comprehensus, nec quaesitus diu, iocone an serio id fecisset, (427) cruci adfigebatur. (g)

Actus

(e) Praemisit *Attalum* et *Parmenionem* in Asiam, ipse vero de successu belli oraculum Delphicum consuluit, hoc accepto responso:

Serta gerit taurus, iamque adstat qui immolet illum.

DIOD. SIC. L. XVI.

(f) IVSTINVS L. IX. C. 6.

(g) Plura apud IVSTIN. L. IX. C. 7.

Actus III. Scena III.

Millen. IV. Saec. VII.

LX. Oculus Dei peruigil (h) Ier. XXXII, 19.

445. Quae facere hunc saepius hominum prohibet praesentia: Dieser scheuet sich in Gegenwart der Leute, was Böses zu thun.

446. Alium, sua ipsius dignitas prohibet. Ein anderer thut es aus Wohlstand, und in Ansehung seiner Reputation nicht.

447. Ea non pudet homines facere, praesente Deo. (i) Noch scheuen sich manche Leute nicht, solches in Gegenwart GOttes zu thun.

448. Quasi ab oculis illius aliquantisper concedere possis aliquo: Als wenn du vor dessen Augen dich irgends hin flüchten köntest. Ps. 139, 7.

449. Ita ne fieri oportuit? Hat es denn also geschehen müssen?

450. Vt eum, qui omnia occulta tua expromere solet, fallere audeas. Daß du den betrügen wilt, der alles dein Verborgenes ans Licht bringet. 1 Cor. 4, 5. Dan. 2, 22.

451. Si enim grauiter is aduertit, quae non censes. Denn, so Er über Dinge, da du dir nicht einbildest angestossen zu haben, entrüstet wird. Ps. 19, 13.

452. Quid illum porro credis facturum, si proteruus quidquam feceris: Was meinest du, daß er thun müsse, wo du boßhafftig etwas Böses thust.

453.

(h) AVGVST. Ep. CXI. *Deus totus oculus est, quia omnia videt, totus manus est, quia omnia operatur, totus pes est, quia vbique est.*

(i) Tam facile et pronum est, superos, contemnere testes, Si mortalis idem nemo sciat! *Iuuen.* Satyr. XIII.

Millen. IV. Saec. VII. 453. Deo, coram Te deambulante: In der Gegenwart GOttes.
454. Nonne haec contumelia est, illata Deo, Ist das nicht ein Schimpf, den du GOtt anthust,
455. Maiestatem illius haud metuere: Sich vor dessen Majestät nicht zu fürchten.
456. Dum apud homines, illorumque conspectum tui te facti pudeat. So du dich doch scheuest, solches vor Leuten zu thun.
457. Ergo, si sapis, hominis frugi & temperantis hic fungere officium; So du nun klüglich handeln wilt, so thue in diesem Stücke die Pflicht eines frommen und sich wohl vorsehenden Mannes.
458. Eam semper faciens coniecturam, et recte sane: Bey folgender unbetrüglichen Vermuthung.
459. *Omne facinus, quomodocunque tectum id velatumque sit*. Wie alle böse That, sie mag noch so vertuscht und verborgen gehalten werden,
460. *Sese apud Deum indicare prius*. (k) Sich selbsten bey GOtt am allerersten zu verrathen pflege.
461. Et dum libido in primis multa ferat: Und da die unkeusche Lust vieles an sich hat,
462. Quae tenebras tantum olere videntur: Welches nur in das Reich der Finsterniß gehöret.
463. Cave, hic feceris, quod oculis diurnis molestum sit: So hüte dich allhier zu thun, welches das helle Auge GOttes nicht vertragen dörfte.
Prov. 7, 27. 464. Vna certe accedendi via est ad inferos & meretricem: Es wandelt gewiß auf einem Wege, der, so zur Hölle, als auch der, so zur Hure eilet.

465.

(k) *Plautus*, Capt. Act. II. Sc. II. *Est profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt.*

465. Proinde, hic tibi mos esto: Dahero soll die- Millen. IV. Saec. VII.
ses deine Gewohnheit seyn.
466. Cedo vero, quis is est? Welche aber?
467. In tuum mavis sinum inserere manum: Daß du deine Hand lieber in deinen Busen le-gest
468. Eamque prorsus abstinere: Auch dieselbe gänzlich zurücke haltest.
469. Quam aliquid huius facere: Als daß du etwas solches thust.
470. Quod illi iniuriam inferat homini, qui adseruandam sibi pudicitiæ laudem statuit: Welches denjenigen beleidigen könne, dem nichts angenehmers ist, als Zucht und Ehrbarkeit.
471. In foro quidem humano, tum acta res demum est: Bey dem menschlichen Gerichte ists zwar sodann um des Menschen Ehre geschehen.
472. Si quis inceptet facinus, ineptus magis ac incautus, quam improbus: (1) Wenn man eine sündliche That mehr unvorsichtig als unbillig begehet.
473. At in foro diuino ea simul indoles pessima censetur meretrix: Aber vor dem göttlichen Gerichte ist der ein formaler Hurer.
474. Quæ, extrusa exteriore honestate, vel nuda cogitatione, ad morem perdite amantium accedit. Der bey Hindansetzung der äusserlichen Honetteté, auch nur unkeusche Lust und Gedanken heget. Math. 5, 28.
475. Magnum ergo in ea re inest lucrum: Es hat also einen herrlichen Nutzen.

476.

(1) Obelisco certe notandum est πολυθρύλητον illud: *si non caste, tamen caute.* In quam rem grauiter *Ambrosius* L. I. de Abrah. C. II. *etsi maritum adulter fefelleris, non falles Deum, etsi iudicem fori eluseris, non euades iudicem totius mundi.*

Millen IV. Sec. VII. 476. Credere, quasi desit locus: Zu glauben, es könne kein Ort gefunden werden.

477. In quo non præcipiat tibi, quæ facias omittasue, præsentia Dei: Wo nicht die Allgegenwart GOttes deine Zuchtmeister in sey.

478. Dum enim obsequeris Deo præsenti, vt absenti, multo magis obtemperabis homini absenti, vt præsenti. Denn, wo du GOtt gehorchest, den du als einen Abwesenden nicht siehest, wie viel mehr wirst du den abwesenden Menschen zu Gefallen leben, als wenn du ihn sehest.

1 Tim. 1, 9. 479. Non iam tibi dabit lex, cui auscultes: (m) Du darfst sodann nicht mehr durch Schärffe zur Beobachtung deiner Pflicht angetrieben werden.

480. Cum tuum esse intelligas, vtcunque, atque vbicunque opus fuerit, obsequi Deo præsenti. Indeme du voraus schon eingesehen, wie du in allen Dingen die Befehle GOttes beobachten solt.

481. Sed, quid istic narro? Aber was rede ich?

482. Quotusquisque est, qui hæc ad se, animumque suum recipiat? Wer ist es, der solches zu Herzen fasse?

483. Summa id quidem sua iniuria. Ob zwar mit seinem grossen Schaden.

484. Vereor enim, ne hi, qui oculum Dei ex animis suis eradicare solent, Denn ich sorge, daß nicht diejenigen, so sich an das wachende Auge GOttes nichts kehren,

485. Extrudantur olim ab oculis itidem Dei. Von dem Angesichte GOttes ebenfalls verstossen werden müsten.

486.

(m) ARISTOTEL. Polit. L. III. C. 13. p. m. 447. *Qui superiores sunt, inquit, secundum virtutem, in eos non est lex: ipsi enim lex sunt.* Conf. VOLFFG. FRANZIVS, de interpret. Scr. S. Orac. 84. p. 583. sq.

486. Tu, istuc cura, vt, quantum Deus dat opis tibi: Du indessen, wende deinen Fleiß dahin, daß so viel, als dir GOtt dazu Hülffe gibt, Millen. IV. Saec. VII.

487. Serues te, moneas, castiges: Du dich unbefleckt behaltest, dich vermahnest, ja selbst straffest.

488. Ora in primis Deum, vt mutuum tibi det veteris patrum fœderis indolem: Bitte GOtt, um die Aufführung derer Ertz-Väter.

489. Quos cum Deo deambulasse Codex Sacer docet. Von welchen die Schrifft meldet, sie haben vor GOtt gewandelt. Genes. 5, 22. c. 7. 1. Conf. Ebr. 11, 27.

490. Cui fidem apud Te esse censeo: Wie du solches billig für wahr haltest.

491. Tum, reperias semper aliquid, quod placeat Deo. So trachte ferner stets darnach, wie du GOtt gefallen mögest.

492. Aliud ex alio incidat tibi: Falle aus einem löblichen Werk stets in das andere.

493. Ita vero relicta tibi est pro indole hac Christiana tua, arrhaboni spes videndi Deum, vt est: Alsdenn, solt du für diese deine Verhaltung zum Unterpfand, die Hofnung der künftigen Seeligen, und eigentlichen Anschauung GOttes haben. 1 Joh. 3, 2.

494. Quod dum per Christum oras, tibi vti detur: Welches, da du durch Christum zu erlangen begehrest.

495. Dubium non est, quin optata videre ac loqui illic potueris. So ist kein Zweiffel, daß du erwünschte Dinge daselbst sehen und aussprechen solt.

Imi-

Millen. IV. Saec. VII. *Hist. prof.* III. *Monarchia Graecorum.*

Imitatio LXIV.

Res Monarchiae, Graeco-Macedonicae, in summum euectae fastigium. Alexander Magnus.

Quae magnos saepe heroas facere prohibuit contranitentium virtus, (445) ea facienda exsequendaque, solus sibi prope praecepit ALEXANDER. (477) Annum aetatis agens decimum et octauum, (n) relictam sibi iam vi-
3614. dit arrhaboni maiorum victoriarum spem, (493) dum patrem in Atheniensibus debellandis ad Chaeroneam adiutasset. (368) Equidem sublato *Philippo*, maiestatem Alexandri metuendam haud esse Graecia putabat, (o) sed suo periculo. (And. 273) *Alexander* quippe, haec sibi narrari audiens, (481) Athenienses illico Thebanosque bello proterret, (343) contumeliamque illatam sibi, (454) solemni iubet legatione expurgari. (And. 599) Illinc in Thraciam digressus, accipit, Graecos aliquid istius denuo fecisse, (469) quod suae quidem dominationi iniuriam indigne in-
3615. ferret. (470) Perfidos ergo adgreditur, ac Thebas primum, quas in conspectu suo, facti tamen improbi non puduit, (456) ex solo eradicat funditus. (p) (484) Tum Atheniensibus infensus, (And.

(n) IVSTIN. L. IX. C. I.

(o) *Attalus* enim cum Atheniensibus in supprimendam *Alexandri* auctoritatem conspirat. Sed et Thebani, Thraces, Triballi, Dardani, et ...qui, iugum Macedonicum excutiendum putabant. IVSTIN. L. XI. C. 2. et PLVTARCH. in Alexandro, qui ideo, de Alexandro, *annos viginti natus*, inquit, *regnum occepit, magna inuidia, grauibus odiis, atque periculis vndique obnoxium.*

(p) Frustra *Eleada*, vno ex captiuis Thebanis, iram Alexandri deprecante. IVSTIN. L. XI. C. 4.

(And. 73) non aliter, quam *Demade* oratore, ciues suos auscultaturos in posterum regi (479) pollicente, manum, à vi iis inferenda, abstinuit. (468) Rebus postea Graeciae in quadrum reductis, adeo in sinum inserere manum noluit, (467) vt, cum salus Graeciae contra Persas tuenda, sibi committeretur, occasionem confligendi cum hoste, vti quam primum sibi daretur, (9) orauerit. (q) Magnum vero in ea re inesse lucrum, cuius potiturus esset, sperans, (475) relicto in Macedonia *Antipatro*, cui vtcunque, atque ubicunque opus fuerit, obsequantur ciues sui, (480) ipse, (r) quasi deesset in patria locus, (476) in quo ea, quae sua ipsius virtus ac dignitas postularet, (446) reperiri non possent, Asiam ingreditur, reperturus heic aliquid, (491) quod ad adferendam adseruandamque sibi gloriae laudem (470) pertineat. Nec vana haec ineptaque videbatur animi persuasio. (472) (419) Mox enim extrusis per vim solutisque *nodi Gordii* (s) plicis, (474) suumque esse intelligens, (489) si editam oraculo sortem impleuisset, egregium contra Persas virtutis non minus, quam prudentiae bellicae inceptat facinus, (472) regemque *Darium*, (si quid ab iis, quae supra dicta sunt, mutuum accipias, (438)) duobus primum victum praeliis, sedibus suis extrudit. (486) Inde, fortunae, quam secum deambulare videbat, (453) nixus praesidio, *Tyrum* proteruam, (452) ad quam qui-

Millen. IV. Sae. VII.

3616.

3617.

Tyrus. 3618.

Z

(q) Amici quidem suaserant, vt ducta coniuge, de successione prius, siquid sibi humani accidisset, regno prospiceret. Ipse tamen bellum differendum esse negat. DIOD. SIC. L. 17.

(r) Patrimonium omne suum amicis diuisit, Asiam sibi sufficere praefatus. IVSTIN. L. XI. C. V.

(s) CVRT. L. III. C. I. PLVTARCH. in Alex. p. m. 590.

Millen. IV. quidem accedendi via satis fuit difficilis, (t) (464)
Saec. VII. expugnat, totiusque Syriae et Palaestinae potitur. Videbatur vero terrarum orbis ab oculis Alexandri nullorsum veluti concedere posse. (448) Certe, cum tanto victori mos esset, (465) optata tantum, siue videre, siue experiri, (495)
3619. fieri omnino oportuit, (409) vt et *Aegyptus* (u) dominationem illius ad se reciperet. (482) Hic vero indicauit sese animus *Alexandri* impotens, (460) fortisque humanae oblitus, quod oraculo Hammonis ludificatus, (Eun. 417) Iouis filium (x) se vocari, et cultum, qui Deo, vt absenti fit, sibi, vt praesenti fieri imperauerit. (478) Illinc reuersus, (y) prostrato penitus *Dario*, effecit, vt acta tum res de Persarum fuerit imperio. (471) Haec omnia dum egregie persequitur *Alexander*, (And. 530) ad morem denique perdite amantium amentiumque, (vt sunt humana (417)) accedebat. (474) Et cum libido multa ferre soleat, (461) quid quaeso non eum facturum fuisse
3620. credas, (452) vt reperisse videretur, quod *Thaidi* placeret? (491) Quippe, pessimae meretricis suasu, (473) *Persepolin*, illique contiguam arcem, flammis exuri iubet. Quin et aliud ei ex alio scelus inciderat. (491) Cedo, quod id fuit? (466)
3621. *Philotam* is, huiusque patrem *Parmenionem*, non sine

(t) Mare enim materie, saxis, procerisque arboribus, quo facilius Vrbs continenti committeretur, replendum erat. CVRTIVS. L. IV. C. 2.

(u) Vid. CVRT. L. IV. C. 7.

(x) Tumens tot victoriis Alexander, ad Graecos scribit, vt se Deum facerent, respondent Lacedaemonii: *Quoniam Alexander Deus esse vult, esto Deus.* Laconicè satis. Vid. AELIAN. L. II. C. 19. Conf. *Lucian*, in mort. dialog. p. m. 41. b

(y) Hoc itinere Alexandriam condit, locum sene, per somnum viso, monstrante. PLVTARCH. in Alex. p. m. 595.

ſine ſumma vtriusque iniuria (483) tortoribus Millen.IV. excruciandos dederat, eo quod occulta quaedam Saec.VII. conſpirantium(z) in ſe non expromſiſſent. (450) ac ideo, quod facinus id tectum velatumque eſſe voluerint, (459) ſeueriorem meruiſſent cenſuram. (a) Digreſſus poſtea ad fungendum, cum aequi iudicis, tum victoris perpetui officium, (457) *Beſſum*, *Oxathri*, Darii fratri tradit, qui 3622. iſtuc curaret, (486) vt parricida iuſtum ſufferat ſupplicium: (b) (And. 596) ipſe vero *Parapamiſadas* petit; (c) inde ſeruatus aegerrime, (487) *Scythas* bello adoritur, mox *Petram*, muniſſimam arcem, et ab *Arimaze*, Beſſi complice, ſumma vi defenſam, (Ad. 539) intercipit. (Eun. 47) (d) Illinc redux *Clitum* interficit, quod optata ſibi loqui nollet, (495) quin victorias ſuas depraedicantem, moneret liberius, calligaretque. (487) (e) Quin et illud moleſtum in *Alexandro* oculis *Caliſthenis* (f) videbatur, (463) cum ideo, quod tantum ſibi fata propitia opis felicitatisque dederint, (486) à populis Orientis, vt Iouis filius coli ſe imperaret. (And. 602) Et dubium forte erat Philoſopho, (495) quin male id habiturum ſit regem, minus alioqui temperantem, (457) cuius cauſſa moneretur; (487) res tamen illi verſa eſt male. (Ad. 204) Nam, cum hac in re hominis frugi ac ſapientis fungi vellet officio *Caliſthenes*, (457) primum quidem experiebatur, grauiter in ſe aduerti, quae non

 cen-

(z) Perſarum ducibus ſibi reconciliatis, Perſicum quoque habitum induit, patrios exuens mores; inde in odium apud ſuos incidit, quorum quidam conſpirant. CVRT. L. VI. C. 6. PLVTARCH. l. c. p. 604.
(a) CVRT. L. VI. C. 8. ſq.
(b) CVRT. L. VII. C. 5.
(c) CVRT. L. VII C. 3.
(d) CVRT. L. VII. C. 11. JVST. L. XII. C. 7.
(e) CVRT. L. VIII C. 1.
(f) CVRT. L. VIII. C. 5.

Millen. IV. Saec. VII. censuisset, (451) tum vero, dum fides apud regem, seu innocentiae, seu *Hermolao* prorsus daretur nulla, (490) tortus interiit. (g)

Actus IV. Scena I.

LXI. Multa delinquimus omnes.

Jac. 3. v. 2.

496. Illum ego virum operiri vellem videndum. Ich wolte den Mann gerne erwarten, um ihn zu sehen.

497. Qui is videatur sibi: Der ihme dünkte derjenige zu seyn.

498. Qui magno opere curare possit, ne quid aduersum dictum diuinum facere audeat prorsus: Der es dahin bringen könne, daß er nicht im geringsten wider das göttliche Verboth handele.

499. Incredibile id certe est credere. Solches ist ja unmöglich zu glauben.

Pf. 19, 13. 500. Nam, praeterquam quod inscientes plerumque ac imprudentes dicant multi faciantque multa: Denn, zu geschweigen, daß viele aus Unwissenheit und Unvorsichtigkeit in vielen hie und da anstossen.

501. Tot saepe peccata in vna re ostendunt: So lassen sie so mancherley Untugend an ihnen spühren.

502. Vt qui per naturam sint, hic prodant planissime. Daß man ihnen bald ansehen kan, wie sie von Natur geartet seyn.

503. Homines puta, qui imperium prauae indolis uae

(g) CVRT. L. VIII. C. 8. IVSTIN. L. XV. C. 3. aliter: insultatum illi à rege hoc effato: *odi sapientem, qui sibi ipsi non sapit.* ARRIAN. L. IV.

suae exsequi velint, debeantque. (h) Nehmlich, als Leute, so da der Sünde den Gehorsam zu leisten nicht nur stets willens sind, sondern auch hiezu gleichsam angewiesen worden. Millen. IV. Saec. VII., Joh. 3, 6. Gen. 6, 5.

504. Et hoc ipsum est, quod Apostolus inquit, venire homines palam, mancipari que peccato: Und dieses ist es, was der Apostel spricht, der Mensch sey unter die Sünde verkauft worden. Rom. 7, 14.

505. Et, quid cum illis agas, quaeso, qui neque ius, neque bonum atque aequum sciunt? Und was haltest du von denen, die da von keinem natürlichen Gesetze, auch von keinem Unterschied zwischen dem, was gut oder böse ist, wissen wollen?

506. Melius, peius, prosit, obsit, nil vident, nisi quod lubet. Und die nichts einsehen, als was sie gelüstet, es mag solches gut oder böse, nützlich oder schädlich seyn. Rom. 1, 21. 28.

507. Atque ideo expositi sunt in via peccatorum: Auch dahero werden auf den Weg der Gottlosen gestellet. Rom. 4, 14. 19.

508. Cum et inter eos, quibus per lauacrum sacrum melius à Numine prospectum est: Da auch unter denen, derer Sache doch durch die heilige Taufe in einen bessern Stand gesetzt worden.

509. Et qui sublati sunt à Patre cœlesti, vt filii: (i) Und die da hiedurch als ächte Kinder GOttes erkandt worden.

Z 3 510.

(h) AVGVST. Serm. de temp. Dominic. IV. p. Epiph. *Apostolus*, inquit, *fatetur ineuitabili se, et omnes sanctos peccati originalis necessitate constrictos esse.*

(i) Natus infans deponebatur in terram nudus. Hunc si educandum destinauit pater, *sustollebat* de terra; sin minus,

Millen. IV. Saec. VII. 510. Multi tamen improbitate quaestum faciant. Gleichwohl viele mit der Sünde gleichsam eine Handthierung treiben.

511. Alii, quid velint, cogitent. Andere gehen ihren bösen Gedanken nach.

512. Et quibus quiduis satis est, dum viuant modo: Denen auch alles gleich gilt, wo sie nur in die Welt hinein leben mögen.

513. Sed neque ii, quorum veterem indolem interemtam oportuerat per poenitentiam: Ja auch diejenigen, die da ihr Fleisch und Blut durch wahre Busse haben creutzigen sollen.

1. Joh. 1, 10. 514. Conseruant se satis à peccato: Mögen schlechterdings von Sünden befreyet werden.

515. Dum vel simulant vitam meliorem verbis: Da sie, theils die Besserung des Lebens zwar vorwenden.

516. Re ipsa spem vitae emendandae dant nullam. In der That aber keine Hofnung eines neuen Wandels von sich geben.

517. Vel non satis religiosi sunt in adseruando annulo: (k) Theils sind sie nicht allzusorgfältig in Bewahrung des Verpfändungs-Ringes.

518. Quem de digito veluti suo detractum Christus. Welchen Christus, da er ihn gleichsam von seinem Finger abgenommen.

519. Postquam eius lauatum sanguine irent: Zur Zeit ihrer Abwaschung von der Sünde in seinem Blute.

520. Seruandum iis dedit hac lege: Ihnen mit dieser Bedingung zum Besitz und Verwahrung mitgetheilet.

521.

minus, exponendum dedit, vt sine periret. sine satis propitiis seruatus, ab aliis educaretur. In quem morem ἄστοργον sane, inuehitur LACTANTIVS, de vero Cultu L. VI. C. XX. p. m. 105.

(k) De annulo pronubo mystico, vid. *Himelius*, Comment. in Ose II. 19. ceter.

521. Ne amplius animo essent duro, fœtuque peccati grauido, vt olim. Wie sie nicht mehr so hartnäckig seyn, auch nicht mit Sünden schwanger gehen solten. Millen IV. Saec. VII.

522. Tu iam, quisquis es, qui auctum te hoc damno, dum misere nasceris, sentis. Dannenhero du, dem dieser Schaden bey deiner elenden Geburth zugewachsen.

523. Animum primum ad miseriam hanc tuam aduerte: Nimm dieses dein Elend vor allen Dingen wahr.

524. Ac postquam satis eam contemplatus es, teque, qui sis, adspexisti: Und da du dasselbe eingesehen, auch dich, wer du seyst, wohl erkandt hast.

525. Ad eum exsilii locum illico: So mache dich an den Ort ungesäumt.

526. Vnde misericordia Dei animum tibi maternum (l) expromat. Wo dir die Erbarmung GOttes ihr mütterliches Hertz darstellet.

527. In vulneribus Christi plus videbis spei, quam existimes: In denen Wunden JEsu hast du mehr zu hoffen, als daß du meinest.

528. Euenit praeter spem forte, te peccasse, fateare, victum te à peccato: Hast du unvermuthet gesündiget, so gestehe es bald, wie du von der Sünde eingetrieben worden.

529. Tum id obsecra Deum, vt quanto animus tuus culpa grauior: Sodann bitte GOtt, daß je grösser deine Sünden-Schuld;

530. Tanto is tibi sit ignoscentior. Je gnädiger und gütiger er auch sich gegen dich bezeigen wolle.

Z 4 531.

(l) Est placidus facilisque Parens, veniaeque paratus,
Et qui fulmineo saepe sine igne tonat.
Qui cum triste aliquid statuit, fit tristis et ipse,
Cuique ferè poenam sumere, poena sua est. *Ovid.* de Ponto, Ep. II.

Missen.IV Saec.VII. 531. Ignoscet istuc factum tuum Deus: GOtt wird dir solches alles vergeben.

532. Eritque tuae stultitiae in iustitia illius aliquid praesidii, Und es soll deiner Thorheit an dessen billigen Verfahren abgeholffen werden.

Jud. v. 5. 533. Verum, id simul te oro, vt caueas, ne male illius te doceat facilitas: Doch bitte dich zugleich, daß du dessen Langmuth und Gelindigkeit nicht auf Muthwillen ziehest.

534. Quin, quoties male agis, male etiam time: Vielmehr aber, so oft du was Böses thust, so oft erschrecke darüber.

535. Triumpha potius de Sathana. Und befleißige dich den Satan zu überwinden,

536. Nae, cruciabitur ille, bolum tantum sibi ereptum tam subito è faucibus. Er wird sich gewiß darüber nicht wenig betrüben, wo er siehet, daß ihm aus seinen Rachen ein solcher Brocken entwischet.

537. Et quia *nil tam difficile est, quin quaerendo investigari possit.* Und da nichts so schwehr ist, daß mans nicht erlangen könne.

538. Nec tibi temere sit, magno conatu quaerere, quomodo magnas veteris hominis nugas deuitare possis: So soll dich auch niemand einer Verwegenheit beschuldigen, wo du mit allem Fleiß suchest, alle lose Händel des alten Menschen zu meiden.

Gal. 5, 24. 539. Nisi enim me animus fallit, id maximo opere dicit Apostolus: Denn, wo ich nicht irre, es redet hievon der Apostel recht nachdrücklich.

540. Eos, qui expertes partis de communione Christi esse nolunt: Wie diejenigen, die da einen Theil an der Gemeinschaft mit Christo haben wollen.

541. Eo eniti oportere, vt numquam vetus homo latere quidem tecto abscedat: Sich dahin be-

bestreben sollen, daß sie den alten Menschen niemahlens ohngekränckt und unverletzt lassen. Millen. IV. Saec. VII.

542. Equidem non licet in hac vita hominem ita consummatum esse, vt vult, dum res non finit. (m) Man kan zwar nicht so wie mans wollte vollkommen in diesem Leben erfunden werden, weil es die Sache selbst nach dem Fall nicht verstattet. Gal. 5, 17. Eccl. 12, 1.

543. Adeo, vt in angustum oppido eorum cogantur copiae: Dergestallt, daß dererjenigen Vorrath am Werken gewiß schmahl genug aussehen muß. Prouerb. 30. 12. Osa. 12, 9.

544. Qui de meritis suis sperant aliquid. Die sich auf ihre Verdienste verlassen

545. Tamen, quid agendum tibi sit, ratio de integro ineunda tibi quotidie est. Doch, was dir Gutes zu thun gebühre, darüber must du täglich eine genaue Prüfung anstellen.

546. Sed nec vnquam tanta sit in animo tuo seu inscitia, seu malitia: Du solt aber auch dabey niemahls so unwissend oder boßhafftig seyn.

547. Vt credas, ea caussa occipere Te quid boni non posse: Daß du meinest, du köntest eben darum nichts Gutes vornehmen.

Z 5 548.

(m) HIERONYMVS aduers. Pelagium: *Cum me putavero ad calcem virtutum peruenisse, tunc habeo principium. Haec sola hominibus perfectio est, si imperfectos esse se nouerint.* Idem ibid. *Ille qui dixit: quotquot perfecti sumus, hoc sentiamus; idem dicit: non quod iam acceperim aut perfectus sim. Fuit ergo perfectus spe futurae glorificationis, fuit imperfectus onere corruptionis: fuit perfectus exspectatione muneris, fuit imperfectus fatigatione certaminis.* - - Et paulo post: *Donum itaque perfectum tum omnibus dabitur, quando sanctis aeterna glorificatio tribuetur.*

Millen. IV. Sec. VII. 548. Quod fugitiua saepe sit credentium indoles: Weil man nicht sobald des Sinnes, den die Gläubigen besitzen, habhafft werden könne.

549. Multum enim peccati portat haec purgatio: Denn, es stecket hinter dieser Rechtfertigung etwas gefährliches.

550. Comminiscitur has difficultates Satan, vt dum salua res hominum esse possit, iis tamen sit pereundum: Der Satan brüthet ja solche Schwürigkeit aus, damit die Menschen ohngeachtet aller Mitel des Heils, dennoch verlohren gehen sollen.

551. Vt ergo aeternum abs te infortunium, multum longeque absit. Damit nun das ewige Unglücke von dir weit entfernet seyn möge.

552. Quantum id quidem licet, haud impuram mentem serua perpetuo: Behalte stets ein gutes Gewissen, so viel als immer möglich.

553. Id vero iam sibi vult mea oratio. In Summa zu sagen.

554. Vt, quoties resciscas te cecidisse, toties sustolli te per gratiam patiare: So offt du gefallen bist, so offt schaffe, daß dich die Gnade aufrichte und bekehre.

Hist. prof.

Imitatio LXV.

Res Monarchiae Graecae ad obitum Alexandri.

Pensum I.

Bellum Alexandri contra Indos susceptum.

NEque vero frenandae apud ALEXANDRVM gloriae spem vllam dedit (516) coniugium, quo sibi *Roxanen*, *Oxyatris* filiam devin-

vicerit. (Andr. 349.) Imperium potius prauae, nec tot tantisque victoriis contentae indolis, exsequendum fuit. (503) Igitur, extremos quosuis Indos, ac eos etiam, qui neque ius, neque bonum aequumque sciuerant, (505) bello adgredi instituit. Ac primum *Cleophiden*, Mazagum Reginam, (n) non regnum modo, sed corpus quoque suum victori veneuntem palam et mancipantem, (504) sibi conciliat, impudicitiae quaestu, quem faciebat, (510) consequutam, quod armis non poterat. Sublatus est ex illicita hac coniunctione à rege, (509) vt filius, *Alexander*, regni postea Indorum potitus. Illinc, *Taxytilem* et *Omphim* Indorum reges (o) armis petit: vtrumque tamen, quod matura deditione melius sibi prospectum esse mallent, (508) plus in clementia spei videre passus est, quam existimarent ipsi. (527) Vnus prope adhuc erat Indorum rex *Porus*, quocum Alexandro haud temere fuit, fortunam periclitari. (538) Hic rescifcens, tot per Alexandrum reges cecidisse, (554) videndum hunc prius virum opperiri voluit. (496) Credebat vero hoc magis iri sese conseruatum à periculo, (514) quod rebus suis, cum in viribus, tum in elephantorum copia, multum fore praesidii, confideret. (532) Sed et hunc contemplandum sibi, et quis esset, aspiciendum (524) proposuit *Alexander*. (p) Fugitiua primum videbatur Macedonibus victoria, (548) nouo, cum belluis pugnandi genere, animo cruciatis: (q) (536) ipseque rex euenisse sibi id praeter spem fateri coactus, (528) quod cum eo hoste dimicandum sibi sit, quem nunc demum animo et robore ita consummatum videret, vt vellet ipse, (542)

Millen. IV. Saec. VII.

3623.

Porus.

(n) IVSTIN. L. XII. C. 7.
(o) CVRT. L. VIII. C. 12.
(p) IVSTIN. L. XII. C. 8.
(q) CVRT. L. VIII. C. 13.

M lleo. IV. (542) Et licet in angustum oppidò copias suas
Sa.c. VII. coactas videret, (r) (543) tamen de virtute sua suorumque nihil desperandum esse ratus, (544) quid in tam praesentissimo belli discrimine agendum esset, rationem de integro iniit. (545) Ipse laeuum cornu occupat, dextrum *Coeno* credit: (69) vterque magno conatu, magnas hostium vires prosternunt. (538) Ferunt, (quod credere tamen prope incredibile est, (499)) elephantum *Pori*, quiduis satis sibi fore persuasum, dum rex viuat modo suus, (512) in adseruando hero suo adeo fuisse religiosum, (517) vt delapsum, rostro, dum alias res non sineret, (542) dorso imponeret. Quin et *Bucephalus* (s) telis confossus, non prius pereundum sibi esse putauit, (550) quam ad eum exsiliuisset locum *Alexander*, (525) vbi ereptum se tam subito è faucibus hostium videre poterat. (536) Victus tandem *Porus*, licet tecto latere à pugna haud abscederet, (541) eo tamen felix fuit, quod tanto sibi *Alexandrum* ignoscentiorem experiebatur, (530) quanto illius in victorem animus et pertinacia indignatione fuit grauior. (529) Eum quippe *Alexander*, non modo non expertem omnium regni partium, quas possederat antea, voluit, (540) sed quem multis augere damnis poterat, multis potius collocupletauit prouinciis. (228)

Pensum II.

Terminus trophaeorum Alexandri, Ganges, atque mors.

Triumphans ita de *Poro* rex, (535) melius ne sit, an peius, prosit an obsit, nihil videbat,
3623. nisi quod luberet. (506) Iam enim ad *Sophitam*, alios-

(r) CVRT. L. VIII. C. 14.
(s) Vid. GELLIVS, noct. att. L. V. C. 2.

aliosque Indiae reges animum infeſtum aduertit, (523) iam ſubactis omnibus, ingentes Oceani aquas viſum iuit. (519) Vbi vero parum ab eo vitae aberat infortunium, (551) dum inſcientes ac imprudentes hi, quibus nauigatio credita erat, ſua hic facerent. (500) Tandem *Gangem* (t) ſuperare volenti, miles reſtitit, (866) & qui magno opere curabat hactenus, ne quid aduerſum dictum regis faceret, (498) nunc fatetur, victum ſe tot itinerum victoriarumque moleſtiis, (528) ac ea cauſſa, ſe id amplius occipere non poſſe, quod rex vellet. (547) *Alexander*, quid ſibi vellet oratio, (553) probè perſpiciens, multum quidem peccati hanc portare purgationem exiſtimabat, (549) ignouit tamen factum hoc militi; (531) et verens, ne fortunae, quam expertus eſt, facilitas, tandem male ſe docuiſſe videatur, (533) reditum eo parat, vnde venerat. Sed et tunc, qui per naturam eſſet, (502) in oppugnandis quidem *Ambris* et *Sicambris*, (v) iam in ludis comiſſationibusque frequentandis, prodit planiſſime. (502) *Suſis* moram trahens, alterum, cum *Statira* Darii filia coniugium comminiſcitur, (550) atque hinc Macedonas complures, quod eſſent animo duro, (521) onuſtos praemiis, in patriam redire iubet. Tum verò Babylonem ingreſſus, vbi ſaluum ſe vitamque ſuam haud fore, à *Belephante* Mago (x) didicerat, (550) licet *Anaxarchus* Philoſophus longiorem illi vitam verbis ſimularet, (515) ſero edocebatur, interemtum hic ſe per inſidias oportere. (513) Etenim *Antipater*; male ſibi timens quod egerit male, (534) regnumque Macedonicum impura ſatis mente (552) adminiſtrauerit, venenum illi propinari iuſſit.

Millen. IV. Sæc. VII.

3624.

(t) IVSTIN. L. XII. C. 8.
(v) IVSTIN. L. XII. C. 9.
(x) IVSTIN. L. XII. C. 13.

Millen. IV. Saec. VII. iussit. (y) Ita. qui is sibi videbatur, (497) cui nil tam difficile fuerit, quin quaerendo inuestigare possit, (537) nullo negotio mortem, inopinans, inuenit. Illud maximo opere de eo dicunt Hi-
3626. storici, (539) quaesitum de successore, non in *Herculem* filium, aut liberum posthumum, animum expromsisse paternum, (526) sed regnum *dignissimo* tradendum praecepisse. (z) Tanta in animo illius erat virtus indolisque nobilitas!
3627. (546) Sed, nisi me animus fallit, (539) ostensa demum hac in re ingentia fuere peccata, (501) dum erepto tot prouinciis rege, (536) procerum quisque sustolli se regem vellet: (554) tametsi haud obscure visus sit rex, *Perdiccae* summam rei credidisse, (69) cui annulum de digito suo detractum, (518) seruandum dedit. (a) (520) *Ptolomaeus* (b) interea, procerum non postremus, magno opere curabat, vti cadauer regium adparatissimo funere in templo Iouis Hammonis conderetur. (498)

Actus IV. Scena II.

LXII. Pietas Christiana Paschalis.

555. O quam laetantur homines, ex sua isthoc obtigisse sententia. O wie freuen sich

(y) Consilio, vt putabatur *Aristotelis*. PLVTARCH. in Alex. Licet idem vero similius adseuerat, febrili paroxysmo extinctum. Ibid.

(z) IVSTIN. L. XV. C. 16. CVRT. L. X. C. V.

(a) CVRT. L. X. C. V. seq.

(b) AELIAN. L. XII. fin. IVSTIN. L. XIII. C. IV. Corpus Alexandri à *Ptolomaeo* Alexandriam delatum, ibique sepultum, aureo inclusum aluco, quod tamen *Ptolomaeus Coccus* et *Subditicius* surripuerint, vitreo substituto, refert *Strabo* L. XVII. p. m. 921.

sich doch die Menschen darüber, weil ihnen nach ihrem Wunsch ergangen. Müller. IV. Sacc. VII.

556. Quod, qui monumento per triduum celatus erat, Christus; Daß Christus, der drey Tage im Grabe verborgen gelegen.

557. Vitam iterum adeptus, atque à suis denuo cognitus sit: Das Leben wieder erlanget, auch von denen seinigen erkannt worden.

558. Sicque Daemoni, qui vim summam in nos Ebr. 2. 14. et potestatem suae astutiae ac tyrannidis habebat: Und hiemit dem Teuffel, der sich wieder uns aller List, Verschlagenheit und Tyranney gebrauchen wollen,

559. Spem potiundi generis humani eripuerit omnem: Alle Hoffnung, das Menschliche Geschlecht in seine Gewalt zu bringen, benommen.

560. Nostrasque adeo res in tuto collocarit; Auch unsere Sache dergestalt in Sicherheit gebracht,

561. Vt traducti ex morte in vitam, spem, istoc 1 Cor. 15. iam pacto futurae reuiuiscentiae possideamus: 22. Daß wir, die wir hiemit aus dem Tode zum Leben 1 Pet. 1, 3. hingedrungen sind, die Hoffnung der künftigen Lebendigmachung schöpfen mögen.

562. Ah, cui audisti, quaeso, aeque commodius quidquam euenire potuisse? Ach, wem meinst du etwas vortheilhaftigeres begegnet zu haben?

563. Quam quod in triumpho Satanam hinc ab- Colos. 2. 15. duxerit victor. Als, daß dieser Ueberwinder den Satan in den Triumph geführet.

564. Eumque iusserit quiescere: Und ihme verbothen, sich irgend zu regen.

565. Quae nobis iam res posthac possit intervenire tanta? Was soll uns nun hinführo so arges begegnen?

566. Quae aegritudinem nobis adferat: Welches uns in ein Betrübniß setzen möchte.

567. Postquam haec tanta, ex victoria Christi laeti-

Millen. IV. Saec. VII. laetitia oborta cunctis est: Nachdeme denen Menschen eine so ausnehmende Freude aus dem erhaltenen Siege Christi zugewachsen.

Ps. 46, 3. 568. Quid, si redeo ad illos, qui aiunt: quid, si nunc coelum ruat? (c) Und wenn ich mich auch derjenigen Worte bedienen solte, die da sagen: der Himmel müsse untergehen.

569. Non metuo tamen, quid agam, pax! So fürchte mich dennoch nichts. Stille!

570. Viuit enim is, qui plane perdidit inferos: Derjenige lebet ja, der die Hölle zernichtet.

571. Tu interea, qui scis, ereptum te, ac in tuto collocatum: Du indessen, der du dich also von der Verdammniß befreyet siehest,

572. Caue, ne frustra operam hic quoque suam sumserit Christus: Sehe zu, daß nicht allhier Christus deinetwegen umsonst müsse gearbeitet haben.

573. Quid dicam? quam caussam adferam? Was soll ich als eine Ursache anführen?

574. Quod dignos se victoria Christi, plerique haud praestent. Daß sich manche des Sieges Christi unfähig machen.

575. Et hi fere sunt, qui magnifice quidem se reuiuiscentia Christi efferunt: Und dieses sind Leute, die sich wegen der Lebendigmachung Christi viel einbilden.

576. Et tamen illi consilio palmam dare nolunt: Daben aber einem guten Rath nicht folgen noch die Sache für gewonnen halten wollen.

577. Nec id tenent, quod dico: Behalten es auch nicht, was ich sage.

578. Amicum gnati Dei nullum credendum esse,

(c) Hymnus Ecclesiae ita habet: IESVS triumphat, quid queror? IESVS amat me, nil moror, Mundus licet totus ruat, en! viuit is, qui me beat.

ſe, niſi commiſſam ſibi victoris indolem exiſti- M. Men. IV.
met: Es könne nur derjenige ein Freund des Sæc. VII.
Sohnes GOttes heiſſen, der ihme angelegen seyn
läſſet, nach dem Sinn ſeines Ueberwinders zu
wandeln.

579. Ergo et tu, qui ab hac indole alienus es, peſſime tibi conſulis, ſi quid Te fiat, parui cures: So wirſt du dir auch übel rathen, woferne du dich darum wenig bekümmerſt, wie es dir künftig hin, bey nachläßiger Nachahmung des Eines Chriſti, ergehen ſoll.

580. Id iam æ[illegible] age, vt nihil, quod faciendum eſt, adſimuleris tantum: So thue nun dieſes unaufhörlich, daß du bey deiner Chriſten-Pflicht nichts zum Schein thu ſt.

581. Quin, aperte, ita vt ſeſe res Chriſtiana habet, via mandatorum Dei in ede: Vielmehr aber wandele aufrichtig, wie es das Chriſtenthum erfordert.

582. Et cum Chriſtus, non tam ſuapte cauſſa, quam tua, victor exſtitit: Und, da Chriſtus nicht ihme ſelbſt, ſondern dir zu Nutzen den Sieg triumphirend geführet.

583. Age nunc, atque da te illi viciſſim: So thue nun dieſes, und übergib dich ihme völlig wieder.

584. Dede te illi in perpetuum, vt victori. Ergebe dich ihme nunmehro zum Eigenthum, als deinem Sieges-Herrn.

585. Nihil victoriae illius aduerſum faciens: Wobey du nichts thun ſollt, welches zum Nachtheil ſeiner Beſiegung gereichen möge.

586. Quo enim eum ore adpelles primitias eorum, qui obdormiuere: Denn, mit was für Keckheit darfſt du ihn einen Erſtling derer, die da ſchlaffen, nennen? 1 Cor. 15. 20.

587. Niſi videas ipſe quomodo Te peccati mortisque vinculis exſoluas. Wo du nicht dahin

Actus IV. Scen. VII. siehest, wie du von den Stricken des Todes und der Sünden los gerissen werden magst.

588. Bonam ergo atque iustam rem oppido imperabo, factu denique facilem. Ich will dir dahero eine recht billige Sache, dazu du leichte gelangen kanst, anbefehlen.

589. Scilicet, hoc te iam velim exoratum: Nehmlich, ich ersuche dich in diesem Stücke.

590. Vt, si spes reuiuiscentiae tuae ad vitam in tuto esse debeat: Daß, woferne die Hoffnung deiner Auferstehung zum Leben einen Grund haben soll.

Col. 3, 1. sq. 591. Vitam Dei, heic iam adeptus videare: Du allhier schon ein Göttlich Leben (d) zu führen angefangest.

Rom. 6, 4–11. 592. Ita vt recta via rem omnem tibi ordine narrat Scriptura. So, wie dir am sichersten und deutlichsten die Schrift meldet.

593. Metuis, quasi non ea potestas sit tua, vt id facias: Du wirst aber an dem Vermögen solches vollzubringen, zweiffeln.

594. Vide, ne interloquatur te veternus tuus: Sehe

(d) Vocem Göttlich, de sanctimonia vitae explicat LVTHERVS in gloss. super Prouerb. 31, 30. Conf. 2. Pet. 1, 3. Genes 5, 22, 24. C. 6, 9. 1 Tim. 5, 4. vbi τὸ εὐσεβεῖν, redditur per Göttlich regieren. Vid. FLACIVS, Clau. Script. voc. *ambulare*, vbi τὸ Göttlich leben, Genes. 5, 22. significare dicit, *vero animi motu et sentire et agere quae Deus praescribit*, seu, pie viuere *ex animo*. Conf. explicatio petitionis secundae catecheseos Lutheri, vbi Göttlich leben in Catechesi maiori per Christlich leben, vitam pie et Christiane institutam, explicatur. Alioqui primario εὐσεβεῖν, totum cultum Dei ad normam voluntatis eius intentum, denotat. Act. 17, 23. Vid. IOH. GEORG. VILLIVS, Promt. Emphas. Voce Εὐσεβεῖν.

Sehe dich für, daß dir nicht in die Rede und das Werk keine unartige Schlafsucht falle. Millen. IV. Saec. VII.

595. Qui etiam vera quandoque dicendo, fallit: Welche auch so dann, da sie etwas wahr hat, zu betrügen pfleget.

596. Opinor ego, nec abs re quidem, eum, qui voluit te à Satana liberum: Ich meine nicht ohne Grund, es werde dir derjenige, der dich aus Satans Gewalt, zur Freyheit gebracht,

597. Sat tibi virium daturum, quo rem, libertate dignam, facias palam. Dir, zugleich das Vermögen geben, daß du die Pflichten eines Befreyeten unverhindert wirst beobachten mögen.

598. Nolim, mentiar, Te nil fallere posse, quin, si id feceris, quo velis in tempore, beatus sis exiturus foras. Ich will nicht lügen, daß dir auf diese Art zu deiner seeligen Heimfahrt nichts fehlen soll.

Imitatio LXVI. *Hist. prof.*

Fata et partitio Imperii Graeco-Macedonici post Alexandri obitum.

Pensum I.

Pessime vero consuluit Alexander imperio, (579) cuius tam subito potitus erat, quod cui regnum committi tuto posset, (578) reliquerit neminem. Atque hinc fiebat, vt *Procerum* quisque vim summam in eos, quibus iure patebat successio, (Euh. 85.) potestatemque, siue astutiae siue tyrannidis, haberet. (558) PERDICCAS (e) initio quidem, bonam atque iustam rem oppido imperabat, (588) *Roxanes* Augustae partum, celatum adhuc vtero, (556) exspectandum esse, qui si vitam adeptus fuerit masculus, (557) Patri succedat. Dum interea MELEA- Dan. 8, 22. *Perdiccas.* 3627. *Meleager.*

(e) CVRT. L. X. C. 6.

Millen. IV. Saec. VII. LEAGER (f) *Aridaeum*, Alexandri ex pellice fratrem, hominem alioqui, cui haud ſat virium datum erat, quo rem imperii faciat, (597) Summae rei praeficiendum opinatur. (596) Res tamen, caeſo *Meleagro*, ipſoque militum vulgo quieſcere iuſſo, (g) (564) ita compoſita eſt, (Ad. Aridaeus. 797) vt communi quidem ore ARIDAEVS fuerit rex adpellatus, (h) (586) at, non aetatem id nominis obtineret, (580) ſed tam diu duntaxat, donec *Alexandro*, *Roxanes* filio, per aetatem demum imperium, ex omnium ſententia obtigiſſet. (555) Vt vero res imperii, in tuto collocata videretur, (560) principes prouinciis regendis delecti ſunt, (i) qui non tam ſuapte cauſſa, quam regiae prolis emolumento, (582) vtilitates imperii procurarent. At vero, cui audiſti, quaeſo, commodius quidquam euenire potuiſſe, (562) quam hanc quidem partitionem proceribus. Narrabo recta via rem ordine omnem. (592) *Perdiccas*, videns optimates prope omnes exiſſe foras, (596) neque quemquam, domitis

(f) CVRT. L. X. C. 7.

(g) Milites theſauros et grande pondus auri, velut inopinatam praedam ſpectabant. IVSTIN. L. XIII. C. 1. quorum pedites in primis graui oratione Perdiccas, mitigauit. Idem C. 4. adde CVRT. L. X. C. 9.

(h) CVRT. L. X. C. 10.

(i) *Ptolemaeo* forte venit Aegyptus, *Antigono*, Phrygia, vicinaeque Aſiae prouinciae, *Caſſandro* Caria, *Lyſimacho* Thracia et Pontus, *Eumeni* Paphlagonia et Cappadocia, *Antipatro* Macedonia, *Pithoni* Media. Summus caſtrorum tribunatus *Seleuco* ceſſit; *Nicanor* Parthos, *Neoptolemus* Perſas ſortitur. *Cratero* regiae pecuniae cuſtodia traditur. Caſtrorum cura *Meleagro* et *Perdiccae*, atque huic inſuper *Aridaei* tutela committitur. Vid. IVSTIN. L. XIII. C. 4. CVRT. L. X. C. 10.

nitis etiam Graecis, (k) qui aegritudinem aliquam imperio adlaturi videbantur, (566) haberi facile, qui id, quod moliebatur, interloqui possit, (594) regnum sibi in perpetuum dedi voluit. (584) Id vero, vt factu esset facilius, (588) *Nicaeam* primùm *Antipatri* filium, mox *Cleopatram* matrimonio tentat; (Ph. 651.) vtriusque tamen potiundae spem sibi ereptam videns, (559) *Eumenem* in foederis societatem traducit. (561) Dum haec ita fiunt, *Antipater*, *Antigonus*, *Craterus* et *Ptolomaeus*, nihil quod faciendum erat adsimulaturi, (580) aperte iam, (581) bellum *Perdiceae* inferunt: qui vero belli tumultus *Craterum* (l) primo, mox *Neoptolemum* et *Perdiceam*, (m) cui, quod magnifice sese extulerit, (575) *Aridaeus* et *Pithon* fuere adversi, (Hec. 150.) plane perdidit. (570)

Millen. IV. Saec. VII.

3629.

3630.

Pensum II.

Sublato *Perdicea*, illi consilio complures, palmam deterunt, (576) vt *Pithon* videret, quomodo

Aa 3 modo

(k) Athenienses audito Alexandri obitu, principatum Graeciae ambiunt, bellumq. in *Antipatrum* dirigunt. Ac primum ope *Demosthenis* oratoris felicius, mox in feliciter pugnant, *Cratero* auxilia *Antipatro* ferente. vid. PLVTARCH. in *Camillo* et *Demosthene*. Athenienses pacem petere coacti, *Solonis* legibus vinciuntur, et praesidium Macedonum accipiunt. Postea à *Cassandro* impetrant, vt *Curator* reipublicae constituatur *Demetrius Phalereus*, donec anno saeculi 39. libertatem, toti Graeciae communem, suis legibus tranquille vivendi, obtinerent. Vid. IVSTIN. L. XIII. C. V.

(l) Equo delapsus, ab *Eumene* hoste, amplissimo funere effertur. CORN. NEP. in Eum. C. 4.

(m) Conatus Nilum cum exercitu traiicere, a milite molestia belli pressus, in tentorio trucidatur. NEPOS in Eum. C. V.

Millen IV. modo res liberorum *Alexandri* in tuto collocan-
Saec. VII. da esset. (571) Sed, cum hic metueret, quasi non ea potestas foret sua, vt id faciat commode, (n)
3631. (593) prouincia *Antipatro* defertur: qui vero, victo *Eumene*, ex vita in mortem breui traducitur,
Polysperchon. (561) postea quam hoc exoratum haberet *Polysperchonta*, (589) vt desperatis iam rebus, augustas proles ab incursionibus vellet liberas. (596) Sed neque hoc ipsum prohibebat, quo minus *Antigoni* animus esset cognitus, ita vt sese haberet. (581) Namque abduxerat is, cum regiae sobolis, tum
3632. tutorum auctoritatem in triumpho, (563) dominum se ac regem prouinciarum, quibus praeesset professus. (Eun. 9.) *Ptolemaeus* quoque parvi id curauit, (579) quod et ipse fecerit palam, (597) vt Aegyptus, Iudaea, Phoeniciaque sibi subiicerentur. Quin et *Cassander*, multa, dignitati tutelari aduersa moliebatur et faciebat. (o) (585) Quibus vero rebus, spes tuendorum Alexandri heredum, non aliter in tuto esse posse videbatur, (596) quam si vel *Eumenes* Antigonum repressisset, vel *Olympias*, cum Nepote *Alexandro*, Macedonibus se dedidisset vicissim. (583)
3633. At, frustra hic quoque operam suam sumsit *Polysperchon*. (572) Fata *Olympiae*, caussam rei perditae adtulere. (575) Cum enim haec non metue-

(n) *Pitho* et *Aridaeus* ex Egypto reduces, *Eurydicen* Aridaei coniugem, mira contra se moliri vident: quo *Pitho* motus, tutela se abdicat, et *Antipatrum* eligit curatorem, qui *Antigonum* Asiae praeficit, addito ei filio suo, *Cassandro* IVSTIN. L. XIV. C. V.

(o) Hic enim grauiter ferens, sibi a patre non traditam regiae prolis tutelam, primum, cum *Ptolemaeo*, mox cum *Antigono* communem contra *Polysperchonta* caussam facit. Accedebat *Eurydices* indulgentia, qua Cassander, in locum Polysperchontis, liberos regios curaturus, reuocabatur. IVSTIN. L. XIV. C. V.

metueret, quid agat, (569) sed ab exsilio redux, *Aridaeo* ac *Eurydice* non minus, quam *Nicanori*, ac compluribus Macedonibus facultatem viuendi eriperet, (559) accidit, vt et ipsa non modo spem vitae retinendae, istoc iam pacto possederit nullam, (561) sed etiam dedens se *Cassandro* prius, vt victori, (584) illius insidiis occideretur. (p) Quo quidem facinore, audentior factus *Cassander*, iusta licet cuncta haec administrans, fefellit tamen. (595) Quam enim reliquis eripuerat potiundi regni spem, (559) sibi faciebat insolentior. Quo commodius autem voti potiretur sui, seque omni obsequio regiis filiis praestando, exsolueret (581) *Roxanen*, diu celatam, (596) cum filio trucidat. Sed neque, vel caussam suam, vel coelum ipsum illico ruiturum *Cassander* arbitrabatur, (568) quod *Polysperchon*, *Herculem* (q) *Alexandri* ex *Barsine* filium, imperio praeficiendum vellet. (566) Dum enim hunc docet, quantam nouo hoc rege, Macedoniae adlaturus esset aegritudinem, (566) eo perducit imprudentem, vt qui Amicus prius gnati Alexandri fuit, (578) parricidam agere sustinuerit. Opportune prorsus exstinctio haec sanguinis Alexandrini, vt *Cassandro*, ita reliquis Principibus interuenerat (565) qui, superatis belli (r) discriminibus, id iam tenebant nunc, (577) vt *Antigono* Asia, Macedonia *Cassandro*, *Seleuco* Syria,

Millen. IV. Saec. VII.

3635.

3639.

3640.

(p) IVSTIN. L. XIV. C. 6.

(q) Hic Pergami educabatur; annos iam natus 17. ad regnum à *Polysperchonte* promoueri debebat, Aetolorum auxiliis munitus. DIOD. SIC. L. 20.

(r) *Antigonus* à *Seleuco*, Babyloniae praefecto rationem dum exigit, nouo bello occasionem praebet, quo à *Ptolemaeo*, *Lysimacho*, *Cassandro* et *Seleuco* petitur. Vid. DIOD. SIC. L. 20. c. 19. seq. PLVTARCH. in Demetrio.

Molk IV. Sect. VII Syria, Aegyptus *Ptolemaeo*, denique *Lysimacho* Thracia obtingeret, (555) ipsique et nomen et auctoritatem regiam adipiscerentur. (s) (591)

Actus IV. Scena III.

LXIII. Bacchanalia, homine Christiano indigna.

599. Solet Dionysia (t) orbis agitare Christianus: Man pfleget in der Christenheit die Fastnachts-Lustbarkeiten (den Fasching) zu halten.

600. Quid heic inceptat, quaeso, turba hominum? Was fangen doch allhier die Leute für Dinge an?

601. Quam rem agit, scelus? Was treibt doch der Schwarm der Sünder für Sachen?

602. Res hic hominibus est, cum summa quidem improbitate. Es haben die Leute allhier mit aller ersinnlichen Gottlosigkeit zu thun.

603. Quid quaeso est rei? Wie dann?

604. Traducuntur hic homines ab honestate ad insaniam, plus quam paganam. (v) Es fallen hier die Leute aus der Ehrbarkeit in eine Heydnische Unsinnigkeit.

605. Dum vel percurrunt curriculo plateas; Da

(s) *Antigonus* et *Demetrius* primum reges proclamati. PLVTARCH. l. c.

(t) Vid. supra phras. 54.

(v) Bacchanaliorum foeditatem describit LIVIVS, L. 39. C. 13. 15. eaque á Senatu prohibita docet. C. 18. Conf THEODORET. Hist. Eccl. L. V. C. 20. ubi in opprobrium Christianorum Bacchanalia ab iis frequentata fuisse docet, qui initiati orgiis Bacchi, cum patinis cursitabant, canes discerpentes, insanientes, bacchantes, cet.

Da sie entweder über Hals und Kopff auf den Gassen herum lauffen. Millen.IV. Saec. VII.

606. Aut satis scite saltant: Oder wissen meisterlich zu tanzen.

607. Et qui alioqui leuatum sibi sumtum experiri possent: Und die ihnen alle Unkosten ersparen würden.

608. Abitu et secessione sua: Woferne sie sich bey Zeiten auf die Seite machen wolten.

609. Hi, Baccho et Veneri litantes, nihil efferunt, quod secum huc adtulerant, praeter mentem, amplius adhuc temeratam. So bringen sie, da sie dem Sauffen und der Wollust nachgeben, nichts anders zurücke, als ein beflecktes Gewissen.

610. Neque tamen quisquam est facile, qui inuitum se oppido hic esse, aut adseruari queratur. Dennoch aber findt sich selten jemand, der ihme für eine Last deuten wolte, daß er mit machen muß.

611. Adeo instat diei dies, voluptas voluptati. So biethet ein Tag dem andern, eine Wollust der andern die Hand.

612. Non heic decem plerumque sufficiunt minae, quae pauperibus dari potuissent. Es reicht hiezu offtmahls eine Summa von 100. Rthlr. noch nicht, welches doch dem Armen hätte mögen gegeben werden. Matth. 26, v. 9.

613. Ea certe pompa, eo adparatu omnia fiunt: Alles kommt allhier mit solchem Gefolge und Aufwand aufgezogen.

614. Vt religione prope quadam homines, illustriores etiam, huc induci videantur. Als wenn uns eine besondere und höchste Verbindlichkeit solches auferleget hätte.

615. Ah! paullulum hoc pabuli, quod genio tuo praebes, quantum, quaeso, Tibi damnum adportat. Ach, was für grossen Schaden soll dir

Millen. IV. Saec. VII. dir doch diese lose Nahrung, die du deinem Fleisch und Blute darreichst, bringen!

Luc. 18. 31. sq. 616. Sponsus tuus sanguinarius Christus, obsecrat te, vt ad crucem illius venias, villam demonstrans Hierosolymitanam. Dein Blut-Bräutigam Christus, ladet dich zu seinem Creutze ein, da er dir den Ort seines Leydens zu Jerusalem weiset.

617. Tu tamen frustra venis: Du wilt aber nicht allerdings erscheinen.

Apoc. 9. 10. 618. Sed, si ἀπολλύων ille tuus venire te iubet, venturum te dicis illico et constituis: Aber, da dich der Satan, dein Verderber, zu seinem Dienste ruffet, ach da läst du dich so bald einfinden.

619. Non Te commouet luctus, ex morte Christi obortus? Soll dich dann nicht die Trauer, wegen deines verstorbenen Heylandes, in eine heilige Bewegung bringen?

620. Et quum alioquin ex obitu Principis, omnes ludi dormiunt: Und da man wegen des Tod-Falls eines Landes-Herrn alle Lustbarkeiten schweigen, und gleichsam schlaffen gehen läßet.

621. Sola ne summi salutis nostrae principis mors, non impedit, quo scelerate orbis iocetur Christianus? Muß es denn geschehen, daß man bey dem Grabe des Ertz-Hertzogs unserer Seligkeit, allein, liederlich schertze und spiele.

622. Itane dignam Seruatoris Tui mortem putas, quam impune illuseris? Wie? denkest du, daß du des Todes deines Erlösers wirst ungestrafft spotten mögen.

623. Certe, non temere est, quod Apostolus dicit: Gewiß nicht ohne Grund spricht der Apostel.

624. Sibi tantum cudere perniciem, quicunque hostes crucis Christi sese praestent: Daß alle

Feinde

Feinde des Creutzes Christi, ihnen selbst einen ewigen Schaden schmieden. Millen.IV. Saec. VII.

625. Pendes profecto tergo poenas, qui Christo terga vertere solebas. Du solt gewiß an eben dem Rücken viele Streiche leyden, den du Christo gewiesen.

626. Quippe, proxima est bacchantium improbitas, auerni fundo: Massen die Fastnachts-Gottlosigkeit verdienet die allerempfindlichste Höllen Straffe.

627. Sed ne quid proterue satis in Te dixerim. Damit ich aber nicht zu hart von dir rede und glosire.

628. En! ad dextram Christus est, qui in spe pendet adhuc animi: Siehe, dein JEsus stehet dir zu Rechten, der noch mit sehnlichen Verlangen wartet.

629. Traducturum te ad se animum tuum, vt qui sibi sit peculiaris: Daß du etwan deine Seele, als die er ihme eigenthümlich gemacht, zu ihm richten werdest.

630. Redde ergo ei, quod suum est: So gieb ihm also zurücke, was sein ist.

631. In primis, tibi renuntia ipsi, filios tenebrarum permittens genium hac sequi suum, qua iubet: Sonderlich sage dir selbsten ab, und laß die Kinder der Finsterniß so wandeln, wie es ihnen nur gelüstet.

632. Fuge hos propere, quos verba tibi dare vides, ne tuo damno decipiare: Thue dich weg von denen, die dich, zu deinem Unglück hintergehen wollen.

633. Mutum te dicat, quisquis te hac in re voluerit: Gönne keinem ein Gehör, der dich in dieser Angelegenheit ersuchen will.

634. Eloquens satis es, si sapis id, in quo desipit mundus. Du bist beredt genug, wo du daselbst klug bist, wo die Welt zum Narren worden. 1 Cor. 1. 18. sq.

635.

Millen. IV. Saec. VII. 635. Crucem Christi sciens, nesciens: Die, da sie meinet die Lehre von dem Creutze Christi gefasset zu haben, die Kraft desselben nicht einsehen kan.

Mis. prof.

Imitatio LXVII.

Asiatici regni fata, post partitionem Monarchiae.

Sumto diademate ANTIGONVS, habendi cupiditate eo inducebatur maxime, (614) vt *Ptolemaeo* Ægyptum eripiendam constitueret. (618) Sed temere id ab eo fuisse factum, (623) euentus docuit. Nam. & classis, quam instruxerat, veniebat frustra, (617) tempestate, sequi Antigonum, quo lubebat, (631) prohibita; et ipse *Antigonus*, annonae penuria, qua exercitus laborare occipiebat, commotus, (619) hac reverti,
3644. qua venerat, (631) cogebatur. Neque vero abitu hoc suo turpi mitior factus, (608) Rhodios adgreditur, (x) eosque proterue satis tra-
3645. ctat, (627) atque id *Demetrii* quidem filii sui opera, qui quod satis scite, (606) machinis vteretur bellicis, *Poliorcetes* (y) nuncupatus est. Interea *Cassandro* res cum Atheniensibus fuit, (602) quos obsederat simul. Igitur *Demetrius* traducto a Rhodiis in Græciam exercitu, (604) obsidionem soluit, *Cassandrumque* toti Graeciae renuntiare iubet: (631) qui deinceps, quod ciuitatibus Graeciae, quae praeterea *Cassandri* ac *Ptolemaei*

(x) Quod *Ptolemaei* partibus magis fauere viderentur, quam *Antigono*. DIOD. SIC. L. 20.

(y) Ex πόλις, ciuitas, et ὀρκίς, cingo. Stådt - Bezwinger. PLVTACRH. in Demetr. p. m. 755. Ita LIPSIVS suum Poliorceticon siue de Machinis, tormentis et telis, scripsit, Libris V.

mari praesidia oppido inuitos se adseruare que- Millen IV.
rebantur, (610) libertatem, aequam omnibus Saec. VII.
esse vellet, (Ad. 197) ludis statuisque magna 3646.
pompa et adparatu honoratus est. (613) His
Antigoni et *Demetrii* progressionibus suam cudi
perniciem, (624) rati, *Ptolemaeus*, *Cassander* et
Lysimachus, haud sibi dormiendum esse arbitran-
tur, (620) ac proinde bellum *Antigono* inferunt,
eumque; auxiliis *Seleuci* firmati, (1) ad Ipsum
Phrygiae vincunt ac trucidant, (a) indignum
arbitrati, qui diutius tot reges ac principes im-
pune illudat. (622) Demetrius vero curriculo 3649.
Cyprum vsque percurrit. (605) Inde ad Athe-
nienses proficiscitur, a quibus vero haud id sibi
reddi, quod suum erat, (b) (630) videns, Cher-
sonesum petit, illincque, id, quod secum non
adtulerat, effert, (609) non iam decem, sed
oppido plures argenti minas, (612) multumque
exercitum. Sed neque sic leuatum sibi belli
sumtum expertus fuisset, (607) nisi *Seleucus*, qui
arctiorem *Lysimachi* cum *Ptolemaeo* coniunctio-
nem, (c) non aliter, quam quae multum sibi
damni adportatura sit, (615) intuebatur, aeque 3650.
animum ad ineundam cum *Demetrio* amicitiam,
contrahendumque cum *Stratonica* huius filia, ma-
tri-

(1) Facta cum *Sandrocotto* Indorum rege pactione, compositisque in Oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. IVSTIN. L. 15. C. 4.

(a) *Antigonus* tunc octogenarius, multis iaculis faucius, occubuit. PLVTARCH. in Demetr. p. m. 789.

(b) Sperabat is Athenienses, ob redditae libertatis memoriam, sibi nunc opitulaturos. Sed deceptus, nec in Vrbem admissus, suo didicit damno, *Vrbes non tam amore et beneuolentia, quam metu sape ductas, potentiores se honorare*. CLVVER. Hist. p. m. 136.

(c) Lysimachus enim alteram Ptolemaei filiam *Lysandram* sibi, alteram filio *Agathocli* desponderat. PLVTARCH. in Demetr.

Millen. IV. trimonium, traduxisset. (629) Quo quidem
Secc. VII. vinculo roboratus *Demetrius*, Ciliciam, *Plistarcho*, *Cassandri* fratre, quod portuous arceret sese, propere fugere iusso, (632) occupat. Neque tamen diuturna haec fuit inter Socerum generumque coniunctio. Quid quaeso rei erat? (603) *Seleucus* certe nesciebat satis, quod scire se arbitrabatur, (635) opibus nimirum ac fortuna vti. (d) Id quippe volebat *Demetrium*, (633) vti Tyrum sibi et Sidonem daret. Quod dum in tanta regnorum, quae possidebat vbertate, dum petit frustra, (617) id, quod inceptatum erat nuper amicitiae vinculum, (600) temere sol-
3653. vit. Interea moritur *Cassander*. Cuius filius *Alexander*, quod sibi à fratre *Antipatro* veri a dari
3656. videret, (e) (632) *Demetrium* obsecrat, vt ad se veniat, (616) patrimonium impeti demonstraturus. (616) At, quam hic rem egit *Demetrius*! scelus! (601) Venturum se dicit illico, *ἀνταλλων* (618) veniensque, Alexandrum necat, caussatus, poenas directi in se parricidii pendere hoc pacto iuuenem oportere. (625) Atque sic dum decipit minus sapientes, (632) Macedoniae potitur. Sed proxima fuit *Demetrii* felicitas fundo. (626) Dum enim Asiaticum iterum ambit regnum, instant *Pyrrhus* et *Lysimachus* temeritati, (611) eumque regno spoliant. Quod fatum *Phile* Demetrii coniux, (f) adeo moleste tulit, vt veneno

(d) *Platoni*, vt PLVTARCH. l c. loquitur, euidens testimonium tulit, qui *veras diuitias adsectantem, non addere opibus, sed diminuere immensam cupiditatem iubet, quod eam qui non sustulerit, nunquam sit penuria et paupertate sese liberaturus.*

(e) IVSTINVS. ob parricidium *Thessalonicae* matri illatum, ab *Antipatro* euocatum *Demetrium* scribit. L. XVI. C 1.

(f) Maritum suum, *miserrimum omnium* [illegible] vocans. PLVTARCH. in Demetr. c. fin.

no vitam sibi adimeret, fortunam perosa, quae toties secum tam scelerate iocata fuerit. (621) M. Heo. IV. Saec. VII.
Ille tamen in spe pendens adhuc animi, (628) fortunam bello periclitatur; (g) at victus a *Seleuco*, honorifice primum habitus, mox in Chersonesum extrusus (699) est, vbi ne sic quidem 3665.
mutum se dici voluit, (633) quin quod viueret, Dionysia quotidie agitabat. (h) (599) 3666.

Actus IV. Scena IV.

LXIV. Non semper vincas, etsi subinde possis. (i) CATO.

636. Quantos, quaeso, iis sumtus, quotidianos etiam fieri, videas: Wie viel kostet doch täglich dieienigen,

637. Qui caussae suae patronum saepe cum familia alunt: Die den Advocaten zuweilen mit seiner ganzen Familie unterhalten müssen.

638. Ea tantum gratia, vt adoriatur partem, in caussam productam: Nur darum, daß er den Contrapart mit allegiten ansalle.

639. Et conficiat rem, quam volunt: Und die Sache, nach ihrem Wunsch ausführe.

640. Sunt, qui hac via, argentum dari filiae ad nuptias, aurum atque vestem poscunt: Es gibt Leute, die durch einen Proceß, die ihnen zufallende Morgen-Gabe am Gelde und Kleidung, suchen.

641.

(g) Deuio sibi regnum circa Lydiam et Ciliciam constituens, Sardibus occupatis. PLVTARCH. in Demetrio.
(h) Pertaesus fortunae vices, poculis et ludis totum se dedit, atque sic ex otio, ciborum item et vini abundantia, morbum & mortem contraxit. PLVTARCH. l. c.
(i) CIC. offic. L. II. C. 18. *Est enim non modo liberale, paullum de iure suo nonnunquam decedere, sed interdum etiam fructuosum.*

Miles.IV. Scen. VII.

641. Quasi oppignoranda tantum sit sponsa: Als wenn die Braut gleichsam im Versatz hingegeben worden.

642. Nisi efferat simul argentum domo: wo sie nicht zugleich ein Stück Geldes aus dem Vaters-Hause mit sich bringe.

643. Alii, quod nec dari nec desponderi sibi vident prolem. Andere, da sie sehen, daß man ihnen das Kind zur Ehe nicht hingeben will.

644. Quod fortasse homines sint fugitiui: Weil sie etwann nur verloffene Leute sind.

645. Alia illud via, iuris scilicet, vt fiat, dant operam. So suchen sie solches auf ander Manier, und zwar durch den Weg des Rechtes, zu bewerkstelligen.

646. Huc simul ii confugiunt: Auch diejenigen suchen ihrer Sache eben auf diese Art abzuhelffen.

